ſubſtantiā dicunt̃ equaliter dicuntur. ⁊ de ſingulis ſingl'ariter. et equaliter ⁊ de omnibus ſimul non pluraliter ſed ſingulariter dicuntur ⁊ equaliter. que cum de ſingulis ſingl'ariter dicunt̃ non minus dicuntur. et cum de omnibꝰ cōmuniter dicuntur non amplius pronunciat̃. Cum enim dicitur pater eſt deuſ. deus nō minus dicitur q̄m cum dicitur pater ⁊ filius et ſpūſſanctus ē deus. tota eniꝫ deitas in patre. tota in filio. tota in ſpirituſancto. nec minor in patre ſolo q̄ꝫ ſimul in patre et filio ⁊ ſpirituſancto. Similiter et de filio ⁊ de ſpirituſancto intelligendum eſt. Unum nomē ſoluꝫ eſt qđ de ſingulis ſingulariter dicitur. in ſumma tamē non ſingulariter ſed pluraliter ꝓnunciatur. cum tamē ad ſubſtantiam dicūtur. Dicitur nāqꝫ pater eſt perſona et filiꝰ eſt perſona et ſpirituſſanctus eſt ꝑſona. et tñ ſimul dici non poteſt pater et filius ⁊ ſpirituſſctūs eſt perſona ſed tres perſone. Hoc eni ſolum ex hijs que ad ſubſtātiam dicuntur de ſingulis ſingulariter dicitur. in ſumma tamē non ſingulariter ſꝫ pluraliter pronunciatur. Que auteꝫ ſcđum rationem dicunt̃ ad ſe dicuntur et de ſingulis ſingulariter dicuntur. In ſumma tamē nec ſingularit̃ nec pluraliter ꝓnunciantur q̄niaꝫ ad ſe dicunt̃. et ideo ad inuicē dici non poſſunt. Itē quod eſt patrē eſſe a ſeipō eſt eſſe. quod filium eſt eſſe a patre ē eſſe. q̊d eſt ſpiritūſanctū eē ab vtroqꝫ eſt eſſe. Filius naſci habet. ſpirituſſanctus procedere. et ſolius filij naſci eſt non ſpūſſancti. Quod enim naſci eſt de alio ē eſſe nō tñ in aliud. Qđ āt eſt ꝓcedere đ aliq̊ eſt eē ⁊ aliq̊tiens in aliđ. Quod eni ſpiratur: ſpiratur ab aliq̊ et ſpiratur in aliquo. Ideo ſumpta ſunt vocabula ad ſignificandū id quod dicenduꝫ erat de deo vt ītelligi aliq̊tenꝰ potuiſſꝫ qđ comprehendi non poterat. Item ſic ab initō deus ſuam notitiam temperauit ab homīe vt nec totus manifeſtus eſſet nec totus abſconditus. Si enim totus manifeſtus eēt fides non exerceretur et infidelitas cōuinceretur. Si vero totus eſſet abſconditus fides non iuuaretur ⁊ infidelitas excuſaretur. Item quattuor modis inuiſibilis deꝰ ad noticiam homīs egreditur. duobus intus. duobus foris. Intus per rationem et aſpirationem. foris per creaturaꝫ et doctrinam. Et ex hijs duo ad naturaꝫ pertinent duo ad gratiam. Ratio et creatura ad naturam pertinent. et aſpiratio et doctrina ad gratiam. Propterea poſt hec in doctrina adipiſcenda ſunt que autoritas probat quia ratio humana niſi fuerit verbo dei illuminata viā veritatis videre nō poteſt.

## Pars quarta.

## De voluntate dei.

### Capitulum. I.

[p] **Rima rerū** oīm cā volūtaſ ē creatoris quam nulla precedens cauſa mouit. quia eterna eſt. nᶜ ſubſequens aliqua confirmat. quoniam ex ſemetipſa iuſta eſt. neqꝫ idcirco iuſte voluit quia futurū iuſtuꝫ fuit quod voluit. ſed quod voluit idcirco iuſtum fuit quia ipſe voluit. Suum eniꝫ ac proprium voluntatis eius eſt iuſtum eſſe quod eſt. et ex eo qđ in ea eſt iuſtuꝫ. iuſtum eſt quod ex ea eſt iuſtum. quoniam ſcđm eam eſt iuſtum quod iuſtum eſt. q̊d vtiqꝫ iuſtū nō eſſet ſi ſcđum eam non eſſꝫ. Cum ergo querit̃ quare iuſtum eſt quod iuſtū eſt. conuenietiſſime reſpondet̃. Quoniam ſcđm voluntatē dei eſt que iuſta eſt. Cum vero queritur q̄re et ipā dei volūtas iuſta eſt ꝟ ſanius reſpondetur. quoniam prime cauſe nll'a cā eſt cui ex ſe eſt eē quod eſt. hec auteꝫ ſola eſt vnde ortū eſt quidq̄d eſt et ipſa non eſt orta ſed eterna.

Quot modis ſcriptura voluntatem dei accipiat.



### Capitulum .II.

[b] **Ic non pretere**undum nobis eſt ꝙ ſacra ſcriptura de volūtate dei diuerſis quibuſdā modis loqui cōſueuit. ⁊ non eſt volūtas diuerſa ſed locutio diuerſa eſt de voluntate que non eſt diuerſa. Nam voluntas dei in ſacro eloquio aliquādo accipitur illa que vere eſt in ipſo ⁊ idē cum ipō et coeterna ipſi. aliquādo vero ſcđm quandam dicendi figuraꝫ voluntas eius vocat̃ que ſcđm proprietatem non eſt voluntas eius ſed ſignum volūtatis eius. Et dicitur ipſum ſignum voluntatis volūtas cuꝫ voluntas nō ſit ſed ſignum tantum. quemadmodum ſigna ire ira dicuntur. et dilectionis ſigna dilectio appellantur. Et dicitur iratus deus ⁊ non eſt in eo ira aliqua. ſed ſigna tantū que foris fiunt: quibus iratus oſtenditur ira ipſius nominātur. Et eſt figura dicendi ſcđm quam nō eſt falſum qđ dicitur ſed quod dicit̃ veruꝫ ſimilitudinis reſpectu obumbratur. Et ſcđm iſtos modos figurarum quāuis diuerſe volūtates deo attribuunt̃. quia diuerſa ſunt illa que per figuram dicuntur volūtas eius cum ea que ſcđm proprietatē dicitur vna ſit voluntas ipſius.

Prima beneplacitum dicitur.

### Ca. III.

[i] **Gitur que primū** et principaliter voluntas dei dicitur illa eſt que vere eſt voluntas. et hec vna eſt nec multiplicitatem recipit nec mutabilitatem.

Scđa operatio, tercia permiſſio.

### Ca. IIII.

[d] **Einde ſequūtur** due voluntates. et duo que dicuntur volūtates. et hec duo de deo dicuntur ⁊ dei voluntates dicūtur. q̊a ſigna ſunt voluntatis eius. Harū voluntatum vna permittens vocatur. alia faciens. hoc eſt permiſſio et operatio. quia permiſſio eius dicitur voluntas eius ⁊ operatio eius dicit̃ voluntas eius. quia ſcđum eius volūtatem fiunt et ſigna ſunt voluntatis eius. et ſunt duo iſta quaſi conſequētia volūtatis ſumme et quaſi explicatio et effectus eius et paria illi non tamen coeterna. Quidquid enī in illa ſemper ē in iſtis aliquādo eſt. et quidq̄d in hijs aliquando non eſt in illa nunq̄m eſt. Omne enim q̊d eſt in illa ſemper eſt. et omne q̊d eſt in iſtis aliquando eſt quia nec aliq̊d eſt preter eiꝰ voluntatē nec aliquid fieri poteſt extra eiꝰ operatōnem ſiue permiſſionē. Et ſequunt̃ duo vnam et vna in ambobus inuenitur quoniā nec nolens operatur. nec permittit niſi volens. et cum fit aliquid dicit̃ hoc voluntas dei quia volūtate dei factum eſt vt hoc fieret vel permiſſum. et voluntate fecit quod fecit et bene fecit et bonuꝫ fecit quod fecit et voluntarie ꝑmiſit quod permiſit et bene permiſit ⁊ bonuꝫ fuit ꝙ permiſit. etiā ſi id bonū non fuit quod ꝑmiſit.

Q, deus bona fecit mala permiſit.

### Ca. V.

[b] **Ona enim fecit** et bene fecit et mala permiſit ⁊ non fecit et bene fecit. quia vtrūqꝫ bonum fuit. et idcirco vtrūqꝫ voluit. q̊a vtrunqꝫ bonum fuit. ⁊ fuerūt bona bona. et mala mala. nec bona fuerunt mala nec mala bona. ſed bonum fuit eſſe et mala et bona. Et voluit vtrunqꝫ eſſe deus quia vtrunqꝫ eſſe bonum fuit. et vtrunqꝫ bonuꝫ non fuit. quia malum bonum non fuit. Et idcirco non voluit deus malum cū voluit vt eſſet et malum. quod tamen non fecit in eo quod fecit bonum ſed permiſit vt eſſet. quia bonum fuit quod voluit.

Neqȝ id bonum malum fuit ſed ex malo
fecit bonum quia malis ⁊ bonis vti nouit
ad bonum.

### Quare deus mala permiſit.

Ca. VI.

## E fuit maius bo

num eſſe bonū ex malo ⁊ bono q̄ȝ
ex bono ſolū pro quo voluit ſummū bonū
vt eſſet hoc bonum. et quod voluit fuit bo
num. Sicut ergo eterne ſapientie illius ig
notum eſſe non potuit omne quod futuꝝ
fuit. ſic coeterne voluntati eius diſplicere
non potuit omne quod bonū fuit. Et vidit
omne quod futurum fuit et bonum eſſe ħ
totum vt eſſet totum. ⁊ voluit vt eſſet totū
quia bonum fuit vt eſſet totum. Et vidit
mala que erant futura procul cum bonis
prius q̄ȝ erant et conſiderauit quia malis
adiūcta bona commendarētur et pulcrio
ra fierent cōparatione malorum. et bona
eſſent mala inſ bona que non erant bona
quoniam ex eis ornarentur bona ⁊ ꝯmen
darent. et amplius bonum acciperent ad
decorem ⁊ pulcritudinē vniuerſorum. ⁊ re
ſpexit cūcta in ordine ſuo et vidit bona ibi
et que ſibi bona non fuerūt ⁊ voluit ſic eſſe
omnia vt bonuȝ fuit quia ita bonum fuit.
et vidit ⁊ voluit quod futurum fuit. et pen
ſauit equo iudicō vniuerſa que vidit in cō
placito vno quod bonū fuit ⁊ iuſtum totū
eſſe et nichil aliud eſſe ⁊ voluit totum eſſe.
et aliud non eſſe. Et hac voluntate poſtea
fecit vt bona eſſent que eſſe bonum erat. ſi
cut viderat ⁊ voluerat. ⁊ ꝑmiſit vt mala eſ
ſent que eſſe bonum erat que cuȝ bonis fu
tura eſſe preuiderat et vt eſſent cum bonis
voluerat quia bonum erat. Et erat quidē
voluntas eius eterna et de bonis et de ma
lis que voluit vt eſſent ſed non erat notuȝ
hominibus donec complerentur et fierēt de
quibus bonis ⁊ malis voluntas eius erat
vt eſſent.

### Quare operatio et permiſſio dei voluntas eius dicūtur.

Capitulum VII.

## Um autem fecit

bonum et permiſit malum appa
ruit nobis voluntas eius de illo quoniaȝ
eſſe vult quod facit vel permittit vt ſit ⁊ nō
non incipit tunc cum illo quod ſit volun
tas eius que eterna eſt. ſed oſtenditur ex il
lo quando fit que occulta eſt. Et ideo ipm
quod fit dicitur voluntas eius. quia ſignū
eſt voluntatis eius et apparet quaſi alia et
alia voluntas. quia ſigna ſunt alia vnius
voluntatis.

### Q, duplex ſit diſcretio volūtatis dei in beneplacito eius et in ſigno beneplaciti eius.

Ca. VIII.

## E exit inde no

bis diſcretio ꝯgnoſcēde volun
tatis dei in beneplacito eius ⁊
in ſigno beneplaciti ipſius. et dicim⁹ quia
beneplacitū ei⁹ eſt voluntas eius. et ſignū
beneplaciti eius vocamuſ voluntatē eius
et verum eſt vtrūqȝ ⁊ vtrunqȝ vere dicitur
Sed beneplacitum eius eternum eſt. nec
poteſt non eſſe quidq̄d in eo eſt et quidq̄d
in illo non eſt eſſe nō poteſt. Nec cōtra ip
ſum nec extra ipſum nᶜ ſine ip̄o aliquid eſt
in omni quod eſt et cōſtat ipſum ⁊ ratum
eſt nec caſſari poteſt aliquādo quod in ip
ſo eſt. Omnia quecūqȝ voluit fecit. in hoc
probatum eſt quia non caſſatur volūtas
eius. et voluntati eius quis reſiſtit? in hoc
probatum eſt quia non impeditur bene
placitum ipſius. Ita ꝯſonat rerū effectib⁹
beneplacitum ipſius et ipſi effectus reruȝ
non diſcordant ab illo. Fit enim omne qđ
vult ⁊ omne quod nō vult non fit. ⁊ omne
qđ vult ſemꝑ vult vt fiat qđ nō ſꝑ eſt aliq̄n
qđ vult. Et ħ bn̄placitū vniuerſale qđ eīnū
eſt. ⁊ omia que fiunt temporib⁹ ſuis pariē

ſimplici nutu iuſticie ſue approbat. vt ad ef
fectū procedant ⁊ viā ꝑficit et conſummaſ
et manifeſtatur duobus hijs que ſubſeq̄n
tur in temꝑe. permiſſiōe ⁊ operatōe diuia
que et ipſa rerum omniū que effectum ca
piunt vel ſubſiſtunt vniuerſitateȝ comple
ctuntur ⁊ reſpondent illi quod vnuȝ eſt in
vtroqȝ. et indiſſimile ad diſſimilia omnia
beneplacitum creatoris. Et ꝓpterea etiaȝ
ipſa duo volūtates dicuntur. et eſt volun
tas dei beneplacitum eius. ⁊ volūtas eius
operatio eius. et voluntas eius ꝑmiſſio
eius.

### Quarta eſt in preceptione quinta in prohibitione.

Ca. IX.

## E ſequitur adhuc

preceptum eius ⁊ prohibitio eius ⁊
dicif vtrunqȝ voluntas eius. quia cuȝ q̄d
fit fieri precipit monſtrat ſe velle vt fiat. et
cum quid fieri prohibet monſtrat ſe velle
vt non fiat. et idcirco dicif ſimiliter. hec vo
luntas eius quia ſigna quedā ſunt volun
tatis eius ſicut operatio ei⁹ ⁊ permiſſio ei⁹
ſed diſſimiliter ⁊ alio q̄dā modo ſignantia
voluntatē eius ⁊ ſigna ex parte.

### Q, nō ſimilia ſigna ſunt eterni beneplaciti preceptio et prohibitio ſicut operatio et permiſſio.

Ca. X.

## On enī ſicut ope

ratio eius ⁊ permiſſio eius ꝑ om
nia tendūtur. quia ſine hijs non
fit aliquid ſic ⁊ preceptū ei⁹ ⁊ prohibitio e⁹
ſed ad rationalē creaturam dirigūtur iſta
duo tantum que ſola capax eſt precepti et
prohibitionis cauta ſꝫm inſitam rationem
ad vtrunqȝ. Itaqȝ ſigna ſunt ex parte hec
que nō pertinent ad omnia neqȝ vniuerſa
liter ſummā voluntatem et que in ea ſunt
omnia educunt ad manifeſtationē ſicꝰ ope
ratio et permiſſio. ſed ea tantum que ad ip
ſos ſpectant quib⁹ fiunt hec. hoc eſt prece
ptum ⁊ prohibitio ſignant quoniam ſunt
in ſumma voluntate ⁊ beneplacito eterno
Neqȝ enī ſimilia ſigna ſunt hec queādmo
dum operatio ⁊ permiſſio ei⁹ certa ſunt et
vera ſigna beneplaciti eterni. hic autē hoc
eſt preceptum ⁊ ꝓhibitio non omino certū
faciūt quod ſit in bn̄placito eterno donec
operatione vł permiſſione probetur cum
factuȝ fuerit. Tunc eiȝ certū eſt cum ħ fece
rit de⁹ ſiue ꝑmiſerit vt fiat ⁊ factū fuerit. q̊
niam in beneplacito eīno ita fuit vt eſſet vt
factum eſt. ſꝫm quod voluntarie fecit vł ꝑ
miſit vt fieret qđ factum eſt. quoniā ita bo
num eſt eſſe vt eſt. Cum aūt preceptuȝ fue
rit vel prohibitū aliquid nondum conſtat
adhuc q̊d de ip̄o diffinituȝ ſit in bn̄placito
eterno donec illud reꝝ effectus in euidētia
educat ſiue operatiōe ſiue permiſſione vt
bonum eſt eſſe et beneplacituȝ quod futu
rum eſt anteq̄m eſt. Preceptum autem ⁊
prohibitō innuūt tantuȝ quoniā ita eſt in
voluntate iubentis vt fiat ſiue nō fiat ⁊ de
monſtratōem faciunt qua iuſtum et piuȝ
eſt non aliud credere illi cui fit etiam ſi ali
ud eſt in illo a quo fit. Et precipitur ſepe vt
fiat quod futurum nō eſt. nec fiet ⁊ prohi
betur ne fiat quod futurum eſt et fiet ⁊ nō
eſt in beneplacito niſi hoc ſoluȝ vt ſit q̊d fi
et. q̄niā bonū ita eſt eſſe ⁊ non aliud q̄ȝ fiet
ſiue operatione dei quod bonum eſt. ſiue
permiſſione quod maluȝ eſt quod totum
eſſe bonum eſt. Et non reſpondet preceptū
eius ⁊ prohibitio eius beneplacito eius ſi
cut operatio eius ⁊ permiſſio eius. ſed pro
cedunt ex aduerſo et diſſimiliter ordinanſ
et nō conſentiūt aliquotiēs ſcꝫm id quod
futurum eſt et fiet.

### Quomō fallere videtur deus preceptōne vel prohibitōe aliud innuens q̄ȝ ſit in beneplacito ſuo.

Ca. XI.

## E uidentur pre

cepta dī fallacie obnoxia et mēti
ri de vītate cū aliđ ſignt de volun
te eius et affirmāt nob aliena q̄dā et extra
nea et q̄ ꝯducta nō ſunt neqȝ ꝯſtāt ſꝫm bn̄

placitū ipiꝰ. qđ ratum eſt hijs que fiēt omnibꝰ. et grauit̄ colluctatur conſcīa hūana in duobus aduerſantibus que nō conueniunt. vel quare precepit deus quod noluit. vl̄ quare factum nō eſt quod voluit. Si enī vitas eſt in p̄cepto videt̄ oīno voluiſſe quod iuſſit. ⁊ ſi omnipotentia eſt in bn̄placito videtur factū eſſe quod voluit. Nō eſt autem factū quod iuſſit ⁊ factuꝫ eſt quod prohibuit. Quid ergo conſequit̄ ad hoc niſi eum vel voluiſſe id quod precepit vl̄ nō potuiſſe quod voluit? Quod enī factum ē a deo factum eſt. et ſi factum nō eſt tamen permiſſum eſt. et ſi factum eſt voluntarie factum eſt. et ſi permiſſum eſt voluntarie permiſſuꝫ eſt. q̄a neqꝫ ad faciendū ꝯtra voluntatē eius compelli potuit neqꝫ ad permittendū ſine voluntate cogi. Igitur q̄d factum eſt voluntate eius factuꝫ eſt. etiam ſi propter voluntateꝫ eius factum non eſt quoniā alia factū eſt voluntate que voluntati eius amica nō eſt. Tamen oīno voluit quod factū eſt q̄niam bonū eſt ſic factum eſſe vt factum eſt ⁊ ſic eſſe vt eſt. Quare ergo precepit vt aliter eſſꝫ. et prohibuit ne ſic eſſet cū bonū ſit ita eſſe ⁊ ita futuꝝ fuit priꝰ q̄ꝫ fuit et beneplacitū quia bonū fuit ita eē et aliter non eſſe.

### Utrunqꝫ duruꝫ ſonare vl̄ quia deus precipiat quod nolit vl̄ quod nolit fieri permittat. Ca. XII.

Tali queſtione coartamur et ducimur ī ambiguū vt nō facile audeamꝰ hoc vl̄ hoc aliquod affirmare. quia deus p̄cepit fieri quod voluit et q̄d noluit fieri p̄miſit. et tamen ex duobus vnū facilius approbamus quia voluit quod precipit bonuꝫ q̄ꝫ malū quod permiſit. cum tamen quod p̄cipit factum nō ſit bonum ſed malū quod permiſit. Leue etenī eſt ⁊ ſine cōſcientie ſcrupulo dicitur. deus vult bonum et cuꝫ dicitur bene ſonat deus vult bonū Si enim dicitur deus vult maluꝫ graue eſt auditu et non facile recipit hoc pia mēs đ bono quia malum vult. Videtur enī hoc ſolum dici cum dicitur deus vult malum quia bonus malum diligit et approbat quod prauum eſt et amicam ſibi reputat iniquitatē et gaudet quaſi de conſimili et bonum putat quod malum eſt. et ideo refutat h̄ mens pia. nō quia q̄d dicitur non bene dicit̄. ſed q̄a qđ bene dicit̄ non bn̄ intelligitur.

### Ꝙ deus non vult mala quāuis velit vt mala ſint q꞉ hoc bonū eſt. Ca. XIII.

Non enim hoc ſolum dicitur ſed in eo quod dicit̄ aliud intelligitur quod non dicitur. quoniā malum eſſe vult et malum nō vult Ꝙ ſi hoc ſolum intelligendū eſt in eo ꝙ dicitur vult deus malum. dicendū omnino non eſt quoniam non approbat illđ prorſus neqꝫ eſtimat bonuꝫ ſed contrariū iudicat ſibi bono malum et a ſuo alienum et nō deſiderat illud q̄ſi ꝯueniens ⁊ cōcordiam habens cum eo quod ipſe eſt et cum eo q̄d ſibi ſimile eſt ſed extraneū ⁊ longinquū et in omni diſſimilitudine conſtitutū. Et tamē vult eē malum et in eo nō niſi bonum vult: quia bonum eſt eſſe malum. ⁊ non vult ipſum malum. q̄a bonum nō eſt malum ipſum. ſed vult bonum tantū et diligit et delectat̄ in eo quaſi in ſuo ⁊ amico ⁊ cognato et ꝓximo. Et propter hoc bene ſonat ⁊ libenter accipimꝰ cum dicitur deus vult bonum. quia illud tantum diligit ⁊ nō maluꝫ cum quo ſibi participatio nulla eſt. neqꝫ ſimilitudo ſine hijs que ſunt ab ipſo et que habent ſimilitudinem cuꝫ ipſo. Itaqꝫ vult deus bonum et nō vult deus malum et vult omne bonū ⁊ omne malum nō vult. ⁊ hoc totum ſuſcipimꝰ ⁊ approbamus. et dicimꝰ q꞉ verum eſt totū hoc q̄niā diligit q̄d ſuū eſt totum. et nō diligit q̄d a ſe eſt alienū. Et nō diligit niſi q̄d ſuū eſt. et nō odit niſi q̄d ſuum non eſt. ⁊ totum ſuum diligit. ⁊ odit totum non ſuum. Et ideo voluit bonum



quod precepit ⁊ nō voluit maluꝫ qđ p̄miſit quia ſuum fuit bonū ⁊ de ſuo ⁊ amicū ſibi et ſuo. Et dilexit ſuū ⁊ approbauit ⁊ cōcupiuit ad ſe ⁊ amauit in ſe deſiderio eīno Et malum qđ ſuum nō fuit in ſe nō dilexit neqꝫ ad ſe concupiuit. ſed reprobauit ⁊ renuit animo dilectiōis ⁊ nō ſuſcepit conſenſu charitatis vt locum illi daret in bn̄placitis ſuis.

### Ꝙ ſemper īpletur volūtas dei. Ca. XIIII.

Sed dicis mihi ergo ſi bonum voluit imo quia voluit bonum q̄d precipit et maluꝫ quod permiſit nō voluit. factuꝫ eſt quod noluit ⁊ q̄d voluit factū nō eſt quoniam factum non eſt quod p̄cepit. ſed q̄d prohibuit factum eſt quod permiſit. Itaqꝫ factū non eſt quod voluit ſed qđ noluit factuꝫ ē. Imo factū eſt quod voluit ⁊ non factuꝫ ē niſi quod voluit. quoniā ſic voluit fieri. et ſic eſſe vt factū eſt q̄niaꝫ bonū erat ſic fieri et ſic eſſe vt factuꝫ eſt ⁊ nō aliter eſſe et ſic eē bonum erat etiā in eo quod bonuꝫ nō erat Et ipſum quod bonū non erat ſed eſſe ipꝫ voluit. quoniam id bonū erat. et cuꝫ factū eſt id factū eſt quod voluit. quoniā bonuꝫ erat ⁊ h̄ voluit. Tamē dicis minus habuit voluntas eius ⁊ minꝰ adepta eſt et minus impleta ⁊ imꝑfecta remanſit. quia factum nō eſt bonū quod voluit et q̄d noluit malum factū eſt. Non ergo conſideras quoniam ſicut malū non habet ꝙ factum eſt quod noluit. ita nec bono caret ꝙ factum non eſt qđ voluit. Quod vult enim ⁊ diligit habet ⁊ q̄d non vult et odit nō habet. et quod vult eſſe adipiſcit̄ quia ſit. et qđ vl̄t non eſſe ſimilit̄. quia nō ſit. ⁊ nunq̄ꝫ caſſa ē voluntas eius vt non fiat quod vult. neqꝫ infirma aliq̄n vt fiat q̄d non vult.

### Quō mali excuſabiles non ſunt quāuis per eos volūtas dei impleatur. Ca. XV.

Sed fortaſſis iterū mali excuſabiles videantur cum mala faciunt quoniam volūtas dei implet̄. etiā in malis q̄ faciūt Sed volūtate ſua mali iudicant̄. q꞉ dei volūtati ꝯtrarij ſunt nō quidē voluntati eiꝰ reſiſtēdo vt fiat qđ nō vl̄t q꞉ nō poteſt. ſed reſiſtere volendo q꞉ mali ſunt. Et ip̄a mala volūtas culpa ē qua aliud volūt. facultas aūt iuſta q̄ aliud nō p̄nt Et cū volunt q̄d deus vult non ideo boni ſunt. q̄a non ꝓpter hoc volūt quia deꝰ vl̄t. et quod volūt ip̄m deus nō vult. q̄niā malum volunt ⁊ deus malū non vult. Approbant enī ⁊ diligūt q̄d deus odit. ac ꝑ h̄ deo ꝯtrarij ſunt ⁊ mali ⁊ pc̄tōres ⁊ rei. nō q̄deꝫ faciendo qđ deꝰ iuſte fieri nolit ſꝫ amādo ⁊ approbando q̄d deus non diligit. Nō igitur in eo q꞉ fit qđ fit voluntatē dei impediunt. ſed in eo q̄d fit a dilectōne recedunt. et mali ſunt nō efficiendo ꝯ̄rium ipſiꝰ voluntati. ſꝫ amādo ꝯtrarium eius dilectioni. Et ſic q̄dem volūtas dei ſemꝑ impletur. et nō excuſant̄ mali propterea q̄niam in eis ⁊ ꝑ eos voluntas dei implet̄. quoniam nō ſua voluntate ad implendā dei voluntatē diriguntur. ſed occulta eiꝰ diſpoſitōe qua aliđ nō poſſūt ad implēdam eius voluntateꝫ cōducunt̄. Sed dicis iterum. Si deus voluit ita eſſe totum vt factum eſt. quoniam bonum eſt ita eſſe totum ⁊ non aliter eſſe q̄ꝫ factum eſt. Cur ergo precepit quod factum non eſt. ⁊ prohibuit quod factum eſt cum bonum ſit vtrunqꝫ ⁊ factum non eſſe quod factum nō eſt. et factum eſſe quod factum eſt. Quare non potius precepit vt h̄ ſolum non fieret quod non eſſe bonū erat ſimiliter.

### Quare precipit deus omne qđ precipit. Capitulum XVI.

Sed hic altiꝰ cauſam ⁊ modū precepti ꝯſiderare opꝫ ⁊ ꝓhibitōis ſm̄ eūdē modū Omne enī preceptum vl̄ ꝓhibitio aut ꝓpt̄ ipſum fit cui fit. aut propter ip̄m a quo fit. vel propter alium pro quo fit. Tota auteꝫ

precepti vtilitas ⁊ bonitas ſiue in eo qđ fa
ciendum precipitur. ſiue in eo q̄d cauendū
mandatur ad eum ſoluꝫ refertur pro quo
fit ſiue idē ſit ille ſiue alius ab eo cui fit. vel
ab eo a quo fit. Finis auteꝫ mādati fruct⁹
eſt ⁊ vtilitas ⁊ cauſa et bonuꝫ quod conſe
quit̄ poſt conſūmationem precepti. ⁊ hoc
bonum ad eum tantū refertur pro quo fit
preceptū ⁊ illius bonum eſſe debet imple
tio precepti.

Omne qđ bonū dicitur vel ſcđꝫ
ſe vl̄ ad aliquid bonum dicitur.
Ca. XVII.

Terū conſideran
i dum eſt quoniā omne quod bonū
dicitur. aut ſcđm ſe bonum dicitur
aut ad aliquid. Quod ſcđm ſe bonum di
citur ſubſtantialiter bonū dicitur. quia ip
ſuꝫ bonū eſt. Qđ vō ad aliqđ ⁊ ñ ſm ſe bo
num dr̄ non ſubſtantial̄r bonū dr̄ quia ip
ſum bonum nō eſt ſed accidentaliter et de
nominatiue. quoniam ex ipō eſt bonum.
Quoddā vero bonum bonū eſt. quoniā
ipſum bonum eſt. aliud autem bonum eſt
quia alicui bonum eſt. ⁊ ipſum bonū non
eſt. Qđ ergo bonū eſt ⁊ ſibi bonū eſt ⁊ alij
bonum eſt in toto bonum eſt. Quod aūt
bonum eſt ⁊ ſibi bonum eſt ⁊ alteri bonū
non eſt ex parte bonum eſt. ſicut quod bo
num eſt ⁊ alteri bonum eſt et ſibi bonum
non eſt ex parte bonum eſt.

Q, ſcđm ſe bonū dicitur et vni
uerſal̄r dr̄ vere et ſūme bonū eſſe.
Ca. XVIII

St adhuc aliud
e bonum et excellſius alijs bonis
quod vere bonum eſt. quia in ſe
bonum eſt. ⁊ vniuerſaliter bonuꝫ eſt. quia
ad omnia bonum eſt et omniū bonum ē.
Quod enim in ſe bonum eſt vere bonuꝫ ē
et quod omniuꝫ bonum eſt vniuerſale bo
num eſt. ⁊ omne bonū ipſum eſt. quoniaꝫ
omnium bonū ipſum eſt nec extra ipſum
bonum eſt. Quod autem ad ſe bonuꝫ nō
eſt non vere bonum eſt. nec verum bonuꝫ
eſt. ſed bonum tantuꝫ dicitur non quia ip
ſum bonum eſt. ſed quia ex ipſo bonuꝫ eſt
et prodeſt.

De tribus generibus boni.
Caplm XIX

St ergo ſummū
e bonum quod ipſum bonuꝫ eſt.
et ad omne bonum bonum eſt.
Medium vero bonum eſt quod ipſum
bonum eſt et ad aliquid bonuꝫ eſt. Bonū
infimū quaſi extraneum et denominatiue
ſolum ⁊ conductum ⁊ nō proprium bonū
quod ad aliquid bonum eſt et ipſum bo
num non eſt. Quod enim ipſum ē bonū
non eſt ſed quod ex ipſo eſt bonum eſt. et
ideo ſcđum aliquem modum ⁊ ipſum bo
num eſt quod ex ipſo bonum ē et prodeſt.
Et ex eo bonum eſt eſſe etiam quod bonuꝫ
ipſum nō eſt. quia niſi eſſet ipſuꝫ quod bo
num non eſt nō eſſet quod ex ipō bonum
eſt. Neqꝫ idcirco preſtant mala quoniaꝫ
ex ipſis bonum ē ſed ſeruiūt preſtanti ⁊ lar
gienti. quia per ipſa non eſt quod ex ipſis
eſt.

Maius bonū eſſe illud ex quo
maius bonum eſt. Ca. XX.

Um autem con
c currunt duo ad vnū. quod bo
num eſt et alicui bonuꝫ nō eſt
et qđ bonū eſt et alicui bonū ē ⁊
vtrunqꝫ eſſe non poteſt ſed ex duob⁹ alteꝝ
eſſe ſolum neceſſe eſt mai⁹ bonum eſt hoc
eſſe q̄ bonum eſt alicui. etiā ſi ipſuꝫ bonuꝫ
non eſt q̄ꝫ qđ bonum eſt ſolū ⁊ alicui bo
num nō eſt. Ex eo eniꝫ qđ bonū non ē et ali
cui bonū eſt illđ etiā ſequi nc̄c̄e eſt q̄ bonū
eſt et alicui bonū eſt quod maius omino
bonū eſt q̄ꝫ q̄d ſolū bonū ⁊ alicui bonum
nō eſt. Nō ei bonū ē et q̄ bonū ñ eſt ⁊ alicui
bonū eſt niſi ex eo eſſꝫ qđ bonū eſt et alicui
bonuꝫ eſt. Itaqꝫ q̄d bonū eſt q̄niā ipſum
bonum eſt. bonū non eſt alicui. quoniā ex
ipſo bonum non eſt. et quod bonum non



eſt quoniā ipm̄ bonū nō eſt. bonū ē alicui
q̄niam ex ipō bonuꝫ ē. Et ꝯtingit h̄ aliqn̄ ⁊
in fine ſuo omnia iudicant̄ ſiue bona ſint
ſiue mala. quoniā ſcriptura manifeſte oñ
dit. quia bonū vnum ⁊ bonū ipſum eſt ali
is odor vite in vitam. alijs odor mortis
in mortē. quoniā ex bono malum ⁊ ex ma
lo bonum. ⁊ bonum malis ad malū ⁊ ma
lum bonis ad bonū. et quod bonū in toto
eſt maius eſt q̄ꝫ quod in parte eſt ſolū. et h̄
probatur in hunc modū. Omne eniꝫ vni
uerſale bonū maius eſt q̄m id q̄d in parte
conſtat. ⁊ quod conducit magis ⁊ expedit
maius ipm̄ merito nominat̄. Nunc auteꝫ
ꝯgregemus in vnū ⁊ colligam⁹ que dicta
ſunt quoniā impletio omnis mādati bo
num illi ē propter quē factū eſt ipſuꝫ man
datum. ⁊ quoniam eſſe bonū aut per ſe bo
num eſt aut ad aliquid. et q̄d per ſe bonuꝫ
nō eſt et alicui bonum eſt maius eſt bonū
q̄ꝫ quod p ſe ſolū eſt et alicui non eſt bonū
et quod maius cōducit ⁊ expedit vite ſem
per mai⁹ eſtimatur bonum. quoniam in
fructu ſuo eſt omne bonū. et eſt tantuꝫ om
ne quantum eſt bonū.

Q, deus ꝓpter ſe id ē pro vtilita
te ſua vl̄ commodo nichil precipit.
Ca. XXI.

Unc ergo uide
n amus omne quod precipit deus
ſi propter ſe precipit aut propter
illum cui precipit. ſi ꝓpter ſe precipit ad bo
num eius eſt q̄d precipit. ⁊ bonum illi eſt
precepti ſui impletō. Sed quomō precipit
propter ſe qui profectu nō indiget in ſe ne
qꝫ bono alieō adiuuari poteſt qui melior
eſſe non poteſt. Clamat ſcriptura hic ⁊ pro
fectior mādati in ſcriptura. Deus me⁹ es
tu quoniā bonorum meoꝝ non eges. ergo
propter ſe non p̄cipit deus q̄d precipit. ſed
propter illum cui precipit. quoniā bonum
eſt illi quod p̄cipit cui bonum p̄cipit.

Q, deus hec vnicuiqꝫ precipere
hꝫ q̄d bonū ē ipſi an precipit etiaꝫ
ſi bonum oim̄ nō eſt. XXII.

Rgo quoniam
e propter illum mandatū fit cui
fit ipſum mandatū bonuꝫ ipſi
us eſſe debet cui mandatur mandatum.
Neqꝫ aliud mandare debuit niſi q̄d bonū
eſt illi cui mādatur mandatum. Fruſtra
enim mandatū fieret ſi illi ꝓpter quem fie
ret bonū non eſſet. Maxime cum a bono
mandatū eſſet qui nihil propter bonū mā
dare deberet. Neqꝫ enī creature ſue de⁹ au
ctor mali eſſe debet neqꝫ cauſatiōem ipſi⁹
aſſumere ſibi q̄i docendo corruperit quod
creauerit incorruptū. Non itaqꝫ habꝫ aliđ
illi precipe niſi ſolum q̄d bonum eſt illi a q̄
habet ille totū q̄d bonum eſt ⁊ quod malū
habet nichil. Quoniam igit̄ creator nulli
creature ſue auctor mali eſſe poteſt hoc ſo
lum illi precipere habet quod bonū eſt illi:
vt ſincera ſit ei⁹ inſtructio quemadmodū
conditio incorrupta fuit.

Q, bonū vniuerſitatis deus im
pedire non habꝫ etiā ſi illud alicui
bonum non eſt. Ca. XXIII

Ontingit autem
c quod bonū eſt alicuius: bonuꝫ
eſſe illiusꝫ non eſſe bonū ad om
nia. Et iterum q̄d malū eſt alicuius: malū
eſſe illiusꝫ bonū oim̄ eſſe quoniā ex eo bo
nū eſt oim̄. ⁊ qđ bonum eſt ⁊ alicui bonuꝫ
eſt min⁹ eē bonum q̄ꝫ qđ malū eſt ⁊ alicui
malū. q̄niā ex ipō mai⁹ bonū ē ex q̄ oim̄ bo
nū eſt. ⁊ mai⁹ bonū ē eſſe illđ a q̄ mai⁹ ē bo
nū. etiā cū illđ alicui bonuꝫ ñ eſt. q̄niā ī to
to bonū ē. Nō dꝫ aūt in cōpenſatione mio
ris boni ipediri qđ mai⁹ ē bonū ab eo qui
optim⁹ ē. Et diximus q̄niā mai⁹ bonū ē ex
malo et bono eē bonū q̄ꝫ ſolo bono. Per
mitti itaqꝫ mala debuerūt vt eēnt: q̄niā vt
eſſent id bonum erat ex q̄bus bonū futuꝝ
erat. Precepit itaqꝫ de⁹ q̄d bonū erat ſin
gul̄ ⁊ ꝑmiſit qđ bonū ē vniuerſ̄ q̄niā ⁊ ma
ius erat bonū vniuerſitatis qđ ipedire nō
debuit. et non bonū erat quod malū erat
alicui: cuius auctor eſſe non potuit. ideo
precepit vnicuiqꝫ qđ bonum erat ⁊ quod

Illi bonū erat. ⁊ ꝑcipiendo illud ſigūit ſe vel
le illud et ſunt ſigna voluntatis eius ꝑce
pta eiꝰ. ⁊ vocant volūtas eius qꝛ ſigꝫ ſūt vo
luntatis eius. quoniaꝫ vult ⁊ approbat ⁊ di
ligit ⁊ amica ſibi iudicat bona que precipit
et mala ꝙ̄ probibet odit ⁊ deteſtatur. ⁊ non
inuenit concordiā ⁊ amiciciā in illis. ⁊ vult
tamen ipa eſſe mala que non vult ꝓpt̄ ma
ius bonū quod ex illis eſt q̊d magis vult.
Sed non ꝑtinet ad nos neqꝫ exigitur a no
bis niſi quod noſtruꝫ eſt et quod bonum
noſtrum eſt tantum: vt faciamus et ap
probemus ⁊ diligamus in nobis. ſic̄ et de
us diligit ⁊ approbat bonū noſtrum tantuꝫ
in nobis. vt ei ſimiles ſimus in diligendo ⁊
bona faciendo ſic̄ ⁊ ip̄e bona tantuꝫ diligit
et facit. Et cuꝫ ꝑcipit nobis qđ noſtꝝ bonū
eſt ſignat nobis qđ deus hoc vult ⁊ pertinꝫ
ad nos ita ſentire ⁊ ita credere quoniā deꝰ
hoc vult quod precipit nobis vt faciamus
Et non fit tñ̄ niſi quod ip̄e vult fieri. ſiue fa
ciamus ſiue nō faciamꝰ qđ precipit nobis.
et ſi facimus bonū h̄ voluit ⁊ precipit deus
et voluit quia factum ē hoc et approbat qđ
factum eſt. ⁊ quod factū eſt vult q̄a factum
eſt. et bonum eſt. Et ſi facimus malum vlt
ꝙ non facimus bonū ⁊ approbat illđ q̄niaꝫ
bonū eſt ⁊ nō approbat malū quod facimꝰ
quoniaꝫ malum eſt. ⁊ tamē vult q̊d factuꝫ
eſt. quia id bonuꝫ ē vel quia quod eſt factū
et vult ip̄e quod bonum eſt. Et conſtat om
nipotens voluntas eius certa ⁊ firma in be
neplacito ſuo approbans bona ⁊ permittēs
mala ꝓpter bona que nō poteſt impediri
vt nō fiat quod in ipa eſt. neqꝫ infirmari ali
quando vt fiat q̊d in ipſa non eſt.

Q, operatō et permiſſio dei ſigna
ſūt quid eē bonū ſit etiā ſi illđ bonū
nō ſit. preceptō et prohibitio ſigna
ſunt quid bonū ſit etiā ſi illud eē bo
nū non ſit. Ca. XXIIII.

T ſequitur poſt
e ipſam ſigna eius permiſſio eiꝰ ⁊
opatio eiꝰ et oſtendunt quod in
illa eſt quoniam in ipis idē eſt. Et addunt
precepta et prohibitōes. ⁊ ſunt q̊ꝫ ipa ſigna
et demonſtratōes voluntatis ſumme ⁊ cō
placiti eterni per approbationē ⁊ dilctōneꝫ.
non ſimilia q̄dem ſigna ꝓorbus ſed demō
ſtrationes tantū ⁊ approbatōis ſignificatō
nes et complaciti in eo q̊d bonum ſit. ⁊ nō
in eo q̊d eſſe bonum ſit ſiue bonū ip̄m ſiue
malum ſit. Et ideo ſignant ipſa nō h̄ quidē
quod in ſumma ſit voluntate vt fiat ſed q̊d
in complacito et approbatione ſit ſi fiat. et
tamē vtrūqꝫ volūtatis eſſe ⁊ h̄ bonū eē etiā
ſi non fiat. illud autem ſit bonū eſſe vt fiat.

Beneplacitū dei aliquādo eē ad
reꝫ aliquādo ad actū rei.
Ca. XXV.

Vicūqꝫ ergo di
q ſtinctionē facere voluerit loquēs
de voluntate dei hoc dicere poteſt.
Diligenter conſiderandū eſſe q̊modo q̄dē
deus in alio hoc vult quod ip̄m eſt. in alio
autem ſolū hoc quia ip̄m eſt: ⁊ in eo quidē
quo vult ipſum q̊d eſt rem approbat. in eo
vero quo vult ipſum eſt actuꝫ rei. In eo au
tem quo approbat rem ⁊ nō actum rei: vult
aliquid: ⁊ nondū adhuc eſſe vult quod vlt.
In eo vero qđ approbat actum rei ⁊ nō ip
ſam rem: aliq̊d eſſe vult ⁊ nō dū tñ̄ vult ipſ
quod eē vult. Neqꝫ enim bonū eſt eſſe om
ne q̊d ipſum bonū eſt queadmodum ali
q̄ndo quod malū eſt eſſe ip̄m maluꝫ nō eſt.
Et non vult deus niſi q̊d bonum eſt et tñ̄
ipſum eſſe bonū non eſt. ⁊ non vult eſſe niſi
quod eſſe bonū eſt etiā cum ip̄m bonū nō
eſt. Et cum vult aliq̊d qꝛ bonū eſt ⁊ ip̄m eē
non vult. q̄a bonū nō eſt ꝑficitur volūtas
eius ⁊ nō remanet ſine effectu. etiā cū res ñ
perficit qꝛ ſic vult ⁊ bonū eſt q̊d vlt. et cum
non vult aliq̊d: q̄a malū eſt ⁊ ip̄m eſſe vult
quia bonū eſt. ꝑficit volūtas cū res ꝑficitur
quia ſic vult ⁊ bonū eſt q̊d vult ⁊ ſemꝑ im
pletur voluntas eius ⁊ nunq̄ꝫ caſſum eſt
beneplacitum eius quia bonū eſt ſemper
quod vult ⁊ eſt ſemper vt vult. Et hec ſunt
q̄nqꝫ ꝓpoſita. bñ̄placitum. ꝑmiſſio. opatio
et ꝓhibitio et preceptio. Et diſtinguit bene
placitum in eo ꝙ res nō approbat et in hꝙ
approbatur actus rei ⁊ diſtinguitur opatō



in eo qđ operatur et ī eo qđ cooperatur. qꝛ
alia facit deꝰ operando que ſolus facit. alia
cooperando que ſolus non facit. Et diſtin
guitur ꝑceptio in eam que fit exterius per
ſermonem ⁊ in eam que fit intrinſecus per
aſpirationē. Et conſtat in hijs omnibus q̄
de voluntate dei dicenda fuerāt qđ ē bene
placitū eiꝰ ⁊ ſignum beneplaciti ipiꝰ. Pro
pter qđ et multe dicunt volūtates eiꝰ cū ſit
vna voluntas ipſiꝰ. quia ſunt multa ſigna
voluntatis ipiꝰ. ſicut ſcptum eſt. Magna
ſunt opera dñi exquiſita in omēs volunta
tes eius. Propter ea que ex ipa et ſm̄ ipam
ſunt multa. hec de volūtate dei diximꝰ quo
niaꝫ ipa eſt pma cauſa rerum omniū ſicut
nobis ꝓpoſitum fuerat et ſm̄ intelligentiā
proſecuti ſumus. et ſunt alia multa fortaſ
ſis que cōprehendi non poſſunt et fugiunt
ab intelligentia et ſermone noſtro.

De rerum ordine in primis et ſe
cundis et tertijs.
Capitulum. XXVI.

Ic ergo conſtat
ſ ordo rerum vt poſt pma poſte
riora ſequant pma omniū eſt vo
luntas creatoris quoniā ex ipa ſūt omnia.
poſt ipam ſequent que ſunt ex ipa. Prima
ſunt que in ea ſunt. Secūda que ex ea ſunt
Que in ea ſunt eterna ſunt nec gradum ha
bent nec ſucceſſionē quoniā in vnitate con
ſiſtunt et in eternitate non tranſeunt. Que
ex ea ſunt creata ſunt per eam que cauſam
ſumpſerūt ex ipa. nō ſubſtantiā in ipa. qꝛ na
tura diuina ſubſtantialiter ex ſe nō genuit
q̄ cauſaliter creauit. qꝛ nō poteſt naturali
ter idem eſſe qui fecit et q̊d factum eſt. Que
igitur facta ſunt vnū non ſunt et in hijs q̄
dam pma ſūt quedam ſecūda. non pma ad
pma ſed ad ſecunda pma. Que enī ad pma
ante ſe ſcđa ſūt ad ſcđa a ſe tūc pma et ſcđa
ab ipis ſunt tertia ad pma. Que in volūta
te dei eterna ⁊ inuiſibilia ſunt pma omniū
ſunt que ex voluntate dei tpalia et inuiſibi
lia ſunt ſcđa ſunt poſt pma. Que tpalia et
inuiſibilia tertia poſt ſecunda. Et in ipis vi
ſibilibus que rōnalia ſunt ꝓpinquiora ſūt
inuiſibilibꝰ q̄a in ipo inuiſibilia ſūt que ra
tionalia ſunt. Ponunt ergo in pmo loco
cauſe pmordiales et inuiſibiles et increate
creandoꝝ omnium in mente diuina. Se
cundo loco angelica natura inuiſibilis qui
dem ſed creata. Tertio loco humana viſibi
lis et creata. ſm̄ aliq̊d viſibilis ⁊ ſm̄ aliquid
inuiſibilis. Quarto loco creata corporea in
toto viſibilis et tempalis in toto. Poſt pri
mas ergo cauſas increatas ⁊ inuiſibiles exi
bit conſideratio et ꝓcedet ad angelicam na
turam rōnalem et inuiſibilem. Deinde ad
humanā viſibilem et rōnalem de qua pro
poſitum pmum fuit vt ꝯſūmetur. Nam de
viſibilibus quidem que poſtrema ſunt id
circo pmā ꝓpoſitōꝫ fecimus vt de hijs que
apparent ad latentium cognitōem hūanaꝫ
mentem cōmodius duceremus.

Incipit quinta pars de creatiōe
angelorum et de libero arbitrio et
de ceteris que ſpectant ad naturaꝫ
angelicam ſiue ad officium et ordi
nationem. De creatiōe angeloꝝ.
Capitulum primum.

E angeloruꝫ
d natura poſt alia q̄ dicta
ſunt de mūdi exordio id
circo p̄miſſa ſunt vt đ vi
ſibilibus ad inuiſibilia cō
tendamus. Queſtioneꝫ
ꝓponimus quando creati ſunt angeli ⁊ q̄
les facti ſunt dum ꝯderent pmum. Hec de
inde quales effecti ſunt dum diuiderentur
auerſione et conuerſione. et q̄uo diſpoſiti
ſunt dum iudicarent damnatōne ⁊ glorifi
catione. et de numero et de ordinibus et de
excellentia ⁊ differentia donoꝝ ⁊ de officijs
et de noibꝰ. et de moderatōne et guberna
tione dei in illis et multa alia que cōſequū
tur ad illa et que ꝯtinentur in illis. ꝓpterea
nos oportet de multitudine rerū latentiuꝫ
ſm̄ noſtrā poſſibilitatē doctrinaꝫ formare.
et non ꝑmittere quod conſequi non poſſu
mus.

Q, in principio creati ſūt angeli
Capitulum.II.

Criptura dicit q2
ſ p̄mo omniū creata eſt ſapientia. ⁊
intelligimꝰ ſapientiā creatā dici ra
tionalē creaturā quoniaꝫ ⁊ ip̄a ſapia eſt. ſic
lumen eſt lucēs a lumine non lumē illumi
nās. Nam illa ſapia q̄ ſapit ſapia iſta crea:
ta nō eſt nec creatura eſt nec aliūde eē habꝫ
ſic aliūde ſape nō hꝫ. Iſta āt q̄ de ſemetipſa
ſape non habet neqꝫ eſſe habet a ſemetip̄a ⁊
ip̄a creata eſt ⁊ iniciū hꝫ. Et dic ſcp̄tura quā
do facta eſt ſapiētia iſta quoniā p̄mo om:
niū facta eſt ſapientia Et rurſū alia ſcp̄tura
dicit. In p̄ncipio cre. d. ce. ⁊ ter. Et videntur
quedā ꝯtraria ozīri ex aſſertōnibꝰ iſtis. Nā
ſi p̄mo omniū creata eſt ſapientia oīa poſt
ip̄am facta ſūt et facta ſūt poſt ip̄am celū et
terra et ip̄a facta eſt ante celū et terrā. Item
ſi in p̄ncipio crea. d. ce. ⁊. t. nihil factuꝫ ē ante
celū ⁊ terrā. nec facta eſt ip̄a ſapia añ celū ⁊
terrā. q̊d ſimul ſtare nō p̄t. propter h̄ ne di/
uinaꝝ ſcp̄turaꝝ teſtimonia ꝯtraria eſſe vi/
deant̄ q̊d nō oīno fas eſt ſentīte requirimꝰ
intelligentiā veritatis. q̊niā in veritate non
repugnat quod verum non eſt.

Q, rationalis creatura prima
omniū facta eſt dignitate quoniaꝫ
ad ipſam refertur conditio reliquo:
rum ſicut ipſius conditio ad deum
refertur quoniam ad ſimilitudineꝫ
dei facta eſt ſola.
Capitulum.III.

icimꝰ q꞉ creatura
d rōnalis p̄or facta ē. et poſt eā fcā
eſt corporea creatura nō tñ t̄peꝫ
cā ſolū ⁊ reſpectu ⁊ dignitate. nam ipiꝰ crea
ture ꝯditio corporee ad ip̄aꝫ referi creaturā
rōnalē ⁊ ſm ip̄aꝫ ꝑfecta ē ſic ipiꝰ cōditio ad
ſolum creatoreꝫ refert. q̊niā ſm ip̄m facta ē
ſola. Sola quippe rōnalis creatura ad ſili/
tudinē dei facta legit̄ ⁊ nō dr̄ quoniam alia
creatura aliq̄ p̄ter ſolā rōnalē ad ſilitudieꝫ
dei facta ſit, ſꝫ oīs creatura in rōne diuina ⁊

ꝓuidentia eīna ipiꝰ cām ⁊ ſimilitudinē ha/
buerit ex q̄ ⁊ ſm quā ꝑfecta ſit in ſubſiſtētia
ſua. Sed magna diſtātia eſt ⁊ dr̄ā magna
ſimilitudinē in deo hr̄e et ip̄m deū hr̄e ſimi:
litudinē. Quāuis eī in deo nihil eē poſſit q̄i
minꝰ aut diuerſū aut aliud a d̊o eē, lōge tñ
aliud eſt factū eē aliq̄d ad ſimilitudinē ipiꝰ
q̊d in deo ē ⁊ in rōne eiꝰ ⁊ ꝓuidētia ipiꝰ ⁊ fa
ctū eē ſimilitudinē dei et deo ſimile eē. Naꝫ
in deo q̊d ē oīa erāt anteq̄ꝫ eſſent in ſe ſm ra
tionē ⁊ cām et ꝓuidentiā ex q̄ futura erant
ſed q̄i minꝰ erant ſingl'a ꝑfecta et vnū q̊dqꝫ
h̄ aliq̄d et nō totū ſm rōnem et diſcretōem
vniuſcuiuſqꝫ que rō oīa ꝯtinebat ⁊ maior
erat in toto et q̄i ſuperabundabat ſingulis
Et ideo nō erant ſingula h̄ totū ſed in toto
erant ſingula. quoniā totū ad totū ⁊ ſingl'a
ad ſingula. et tñ deo in p̄te nihil minus erat
q̄ꝫ in toto q꞉ pars et totū vnū erat ſꝫ rōne ⁊
ꝓuidentia vna diſcreta ſunt q̄ futa erant in
parte et toto et minꝰ futura erant in parte
q̄ꝫ in toto. Ideo et ip̄a in rōne minꝰ habue/
rūt q̊niā ī rōe minꝰ futa fuerūt. tñ d̊s minꝰ
nō habuit q̄ in toto totus fuit ⁊ ꝑfectus et
vnꝰ. Propter h̄ ergo ratōnali creature nō
vnū aliq̄d aut h̄ aut illud in rōne diuina ꝑ
exēplari ſufficere potuit ad cuiꝰ ſimilitudi:
nē formaret̄ ſed q̄i totū aſſūpſit deū vt eius
ipiꝰ ymago fieret ⁊ expreſſa eſt ad totū emu
lans ꝑfectōnem. vt ſic deꝰ ſp̄us erat ⁊ vnus
erat et in ip̄o totus erat ſm rōnem et proui
dentiam et p̄ſcientiam et cauſam. ſic ip̄a ſpi
ritualis eēt capax in vno p̄ſcientie. ꝓuiden:
tie et rōnis et intelligentie omniū. Et eluxit
ymago ꝑ facta imitans auctorē ſuū. et ap:
paruit quaſi ip̄m in altero et idem vnū. Et
inuenta ſūt in ſecundo q̊ꝫ que ⁊ in p̄mo ſm
emulatōem. ⁊ imitatiōem et ymaginē et ſi:
militudinē rōnes. et cauſe ⁊ ſimilitudies. et
forme et diſpoſitōes. et ꝓuidentie futuroꝝ
q̄ facienda fuerant. Et cū facta ſūt illa q̄ fcā
ſūt ad ſilitudinē hoꝝ facta ſūt q̄ erāt in ſcd̊o
facta ſic facta ſūt ad ſimilitudinē illoꝝ q̄ in
p̄ncipio erāt nō facta. Scd̊m hm̄oi ratōeꝫ
⁊ ꝯſideratōꝫ corporea creata pꝰ ſcd̊aꝫ tertio
loco creataꝫ rōnalē ē. q̊niā ad eā fcā ē ſic ip̄a
rōnalis ad p̄mā facta ē increatā naturā

Q, in principio primo facta ſūt
ſimul et corporea omnia ī materia
et incorporea in angelica natura.
Capitulum.IIII.

Vantū uero per
q tinet ad momenta temporꝝ et in
terualla et ſpacia. h̄ interim com
modiꝰ et veritati vicinius ꝓhtemur. q̊niaꝫ
ſimul in temp̄e vno et in p̄ncipio temporis
q̄ñ t̄pa ip̄a ceperunt facta eſt ſiue creata pa
riter rerū omniū viſibiliū materia ⁊ īuiſibi
lium in creatura angelica et ſp̄ūali natura.
Nec fuiſſe in temp̄e nec cepiſſe alteraꝫ ſine
altera nec p̄us vnam q̄ꝫ alteram ſed vtrāqꝫ
ſimul in t̄pe et cuꝫ t̄pe et tñ p̄orem fuiſſe ad
quā facta eſt altera et in qua fuerūt exēpla:
ria ſapientie quoꝝ effectꝰ ſunt et exp̄ſſiones
que viſibilia ſunt condita. Et h̄ mō primo
omniū eſt creata ſapientia. Qui aūt dicūt
ante celum et terrā angelos creatos et ſub/
ſtitiſſe ante omīa que mutabilia facta ſūt et
cōputant ſpacia et annos et ſecula quibus
ante mūdi ꝯſtitutōem deo ſeruierūt. et aſ/
ſerunt quoniā cū mundo tempꝰ cepit ⁊ nō
fuit tempꝰ ante mundū. quoniā mutabili/
tas non fuit et tñ fuiſſe angelos īmutabilit̄
et intemp̄aliter anteq̄ꝫ mundꝰ factꝰ ē. Et cū
mundus cepit tunc p̄mū cepiſſe tēpꝰ q̊niaꝫ
mutabilitas cepit et factū mundū in p̄nci/
pio temporis. Sed nos interim magis ap
probamus q̊d dictum eſt pro captu intelli:
gentie noſtre ſalua reuerētia ſecretoꝝ ī qui:
bus nihil temere aſſerendū putamꝰ. Et ad
hunc modū interim diffinimꝰ quoniam ſi:
mul facta ſunt omīa ⁊ inuiſibilia ⁊ viſibilia
ſicut ſcp̄tura dicit. Qui viuit ineternū crea
uit omnia ſimul.

Q, corporea et incorporea natu
ra ſcd̊m aliquid informis facta eſt.
et ſcd̊m aliquid formata.
Capitulum.V.

mnia quippe tem
o pore ſimul cōdita ſunt q̊niā vno et
eodē t̄pe pariter cepiſſe credimꝰ. ⁊
viſibiliū omniū materiā ⁊ inuiſibiliū nat̄aꝫ
vtrāqꝫ informē ſm aliq̄d. ⁊ vtrāqꝫ ſm aliq̄d
formatā. Sic enī viſibiliū et t̄paliū omniū
materia in exordio illo ꝯditōnis p̄marie et
formā ꝯfuſionis habuit ⁊ nō habuit formā
diſpoſitōis donec poſtea formaret̄ ⁊ ad or:
dinē ꝯſcenderet ac diſpoſitōem. ita ſp̄ūal' et
angelica natura in ſua ꝯditōe ꝑ ſapientiaꝫ
et diſcretōnem ſm habitū nature formata
fuit. et tñ illā quā poſtea ꝑ amorē et ꝯuerſi:
onē ad creatorē ſuū acceptura erat formaꝫ
nō habuit ſꝫ erat informis ſine illa forman:
da ab illa.

Quales fuerunt angeli quando
primum facti ſunt. Cap.VI.

mpliꝰ adhuc pro
a eo quales facti ſunt angeli diligen
tius inueſtigatā rōnem ꝓponimꝰ
Nam diximus q̄ñ facti ſunt et q̄a facti ſūt
in p̄ncipio et p̄ma creatura anteq̄ꝫ nihil fa:
ctum eſt ſed q̊niā factuꝫ eſt et q̊d ē factū eſt
cū ip̄a. vnde et ſm aliq̄d ante omīa facta eſt
ip̄a que forma eſt omniū et cauſa. Deinde
aūt oportet oſtendere quales facti ſunt an
geli tūc in ipſo p̄mordio et p̄ma ſubſiſtētia
et inicio conditōnis ſue in eo q̊d p̄muꝫ eſſe
ceperunt et quale illud fuit q̊d p̄mum fuit
in eis conditū eē.

Q, non facti ſunt de materia pre
iacente ſicut corpora.
Capitulum.VII.

On enim in mate
n ria p̄iacente creata eſt ſp̄ūalis na:
tura queadmodū corporeaꝫ dixiꝰ
conditā fuiſſe q̊niam nō ita ē. neqꝫ ſilis ip̄a
cuiꝰ ſimplicis ſubſtātie non aliud eē poteſt
id q̊d eſt ⁊ id de q̄ eſt q꞉ vnū et ſimplex ⁊ in
diuiduū et īmateriale eſt totū q̊d eſt ſꝫ fcā
eſt in ſua natura et eē ſuo q̄ntū ad ſubſtan:
tiā ſp̄ūaleꝫ ꝑfecta. nō vt maſſa aut materia
cōfuſa aut rudis moles aut acerꝰ aut con
gregatio cumulata aut aliq̄d ex hijs quod
illā nō ꝯtingit ſꝫ ꝑſonaliter diſtincta ⁊ exp̄ſ:
ſa et ꝯſignata numero ſp̄ūal' et ītelligibilis

diſcretōis vt multitudo rōnalis ⁊ itelligibi
les ſpūs ſubſiſtētes hñtes ingenitã rõnem
et formã ſapie cõcreate et qualitatē ſpūalez
intelligentie capacis ſcḋm modū ⁊ menſuraꝫ
ꝯditionis pfect⁹ ſublimioris ⁊ illuſtratōis
ſuꝑuenture in ipos. Liberū ꝗꝫ arbitriuꝫ in
ipo mox exordio inſitū innatūqꝫ parit' poſ-
ſidētes quo poterant ſine violētia ad vtrū
libet ppa volūtate deflecti in altero adiuti
ſñ coactione. i altero derelicti ſñ oppreſſiōe.

## De quattuor proprietatibus nature angelice. Capitulū. VIII.

Si qs igitur que-
rat qualis in exordio ſuo facta ſit
vel cõdita ſpūalis natura ꝗttuor
ſunt iſta ꝗ ꝓpoſuim⁹ vt dixim⁹ angelis in
conditōe ſua attributa. Ꝥ eſt pmū ſubſtātiã
ſimplicē et īmaterialem. ⁊ ſcḋm diſcretionem
pſonalem. et tertiū formã ſapie ⁊ ītelligētie
rõnalis. quartū vero ſiue ad bonū ſiue ad
malū liberam inclinãde volūtatis et electi-
onis ppe poteſtatē. Et ſequit' poſt ꝥ cõſide
ratio magna et neceſſaria ad intelligentiaꝫ
veritatis. de ſpūali ſubſtãtia eoꝝ et de ſapia
illoꝝ et de libertate arbitrij et de ceteris que
circa iſta cõſiſtunt ſi omnib⁹ equalia erant
que equaliter omnibus inerant. Equaliter
enī oīb⁹ inerant ꝗ cõmunia omnib⁹ erant.
de quib⁹ nihil excipiebatur qḋ non erat in
omnibus ſed nondū conſtat ſi equale erat
quod equaliter inerat. Et ꝥ pmū querēdū
ē de ſubſtãtia. poſtea de forma ac deinde ḋ
poteſtate. In pſonis enī ſubſtãtia ē. in ſapi-
entia forma. in arbitrio poteſtas. Et ad ſub
ſtantiã quidem ptinet nature ſubtilitas. ad
formã aūt intelligentie claritas. ad ptātem
vō motus intelligibilis et appetitus et volū
tatis rationalis habilitas.

## De differentia ſubſtãtie ſpūalis. Capitulum. IX.

Hic ergo queritur
ſi eſſentie ille rõnales ꝗ ſpūs erant
et natura ſimplices et vita imorta
les vni⁹ ſubtilitatis vel puritatis ſiue vigo
ris eiuſdē vel quolibet alio noīe ſignanduꝫ
ſit quelibet eſſētia bona ſiue alia melior aut
decētior forma iure appellat' create ſūt. Sic
enī corpoꝝ natura ſe demõſtrat. et ſūt que-
dam ſolida corpora magis et firma. et alia
puriora apparent et exterſa magis ⁊ mūda
et clara. et quaſi meliorē et digniorē ſubſtã-
tiam vel eſſentiã vel formã habentia. ⁊ alia
leuia et coaptata et ppria et integra ⁊ incor-
rupta magis. et alia fragilia et corruptioni
ꝓxima et infirma. et feculenta ⁊ vilia et pon
deroſa et incõgrua. Et eſt tñ pulcra in vni
uerſitatis cõpage et ordine iſta diuerſitas
in ꝗ min⁹ bonū malū non eſt. et differens
bonū mai⁹ bonū non eſt. Ad hūc ergo mo
dū rõnabile eſt illas ꝗꝫ ſpūales naturas ꝗ
vniuerſaliter bñ ꝯdite ſunt cõuenictes ſue
puritati et excellētie. ſiue nõ indignas et in
eſſentia et in forma differentias et grad⁹ in
ipo mox exordio ꝯditionis ſue accepiſſe ꝗ-
bus alijs ſuꝑiores alij inferiores poſſent cõ
ſtitui ſcḋm moderamē ſapie cuncta bona cre
antis et bene ordinantis dei.

## De differentia cognitionis. Capitulum. X.

Qui enim natura
ſubtiles magis ⁊ ſapia amplius
perſpicaces creati ſunt. hij meri-
to dignitatis ſuꝑiores ſūt ꝯſtituti. Qui vō
⁊ naťa min⁹ ſubtiles ⁊ ſapia min⁹ pſpicaceſ
ꝯditi ſūt merito dignitatis inferi⁹ ſūt ordi-
nati. ita tñ vt hij ꝗ excellētiores cõſtituti ſūt
ſine ſuꝑbia prelati eſſent. et ꝗ inferiores po-
ſiti ſūt ſine miſeria ſubiecti.

## De differentia liberi arbitrij. Capitulum. XI.

Sed et ipam liber-
tatē arbitrij ſcḋm differentē naťe vir
tutē ⁊ ſapie ⁊ cognitōis ⁊ ītelligen
tie vim ſi ꝗs differentē aſſigňre voluerit nõ ē
ꝗ ex rõne occurrat. Quia ſic differēs vigor ⁊
ſubtilitas nature infirmitatē non adducit.
minorqꝫ cognitio ſapie ignorantiã non in-
gerit. ſic libertas inferior nullã arbitrio vo-
lūtatis neceſſitatem imponit.

## In quo ſimiles conditi ſunt et i quo diſſimiles. Capitulum. XII.

Quod ergo ſpirit⁹
erant. ꝗ vita erant. ꝗ indiſſolubi-
les vel imortales erãt. equales om
nib⁹ erant. Qꝫ aūt natura potētes erant. ꝗ
eſſentia ſubtiles erant. ꝗ intelligētia ſapien
tes erãt. et libertate volūtatis prompti ad
vtrūlibet et habiles. non equale oībus erat
et tñ ſufficienter erat. Iſtas diſcretōes inui-
ſibiles inuiſibiliū et intelligibiliū naturam
ſolus ponderare potuit ⁊ vniuſcuiuſqꝫ mē
ſuram et modū et terminū ſapia ſua cõpre
hendere. cui⁹ potentia conditū erat totuꝫ et
prouidentia ordinatū. Nos vō caligãte in
telligentia timide incedim⁹ ad illa ⁊ palpa-
mus ſenſu cognitōnis infirme ꝗ v'tute non
cõprehendim⁹. Que igit' vis et quanta po-
tentia fuerit inuiſibiliū eſſentiaꝝ. ꝗ ve ſapi-
entia. qualiſqꝫ libertas et ꝗntum in hijs cõ
mune oībus et ꝗḋ ſingulis ꝓpriū vel ſingu
lare ad differentias datū ſit valde ineffabi-
le eſt et a ſenſu humano remotū. Sola enī
diuina poteſtas et ſapia diuina nec termīo
nec menſura ꝯcluditur. et arbitrij libertas
eterni. atqꝫ incõmutabilis voluntatis com
placitū nulla vnꝗꝫ minoratõne ſiue neceſ-
ſitatis anguſtia coartať. ſed abſolutum eſt
et dominans et ſupercellens et efficax et in-
tus ſui libertate ſingulariter pfectū. atqꝫ p-
pria poteſtate plenū. Omne aūt quod crea
tum eſt ex parte ē et ex pte potēs eſt et ſapi-
ens et liberū ex parte. qꝛ nec omīs effectus
poteſtati creature ſubijcitur nec oē occul-
tum ſapientie manifeſtať. nec oīs euentus
electōem ſequit' aut volūtati famulať. ſꝫ ſcḋm
aliqḋ tantū poſſunt et ſapiunt ſcḋm aliquid
et liberi ſunt. Et ꝓpterea determinanda eſt
poteſtas earū et determinanda eſt ſapien-
tia. et determinanda eſt libertaſ. Poteſtas
aūt ad operatōeꝫ ptinet. ſapia ad cognitōꝫ.
libertas ad voluntatē.

## De triplici poteſtate illorum. Capitulum. XIII.

Erit primū tri-
plex diſcretio poteſtatis illorum
quoniam alia poteſtas erat ꝗm
acceperãt ad ſe. alia ꝗm accepant adinuicē
inter ſe. alia ꝗm acceperãt ꝗ ꝯditōe ordina
ta fuerant ſub ſe. Prima poteſtas virtutis
erat. ſecūda dominatōnis. tertia admīſtra-
tionis. In ea poteſtate ꝗm acceperant in ſe
omnes differentes erant. In ea vero ꝗm ac
ceperãt iter ſe quidē excellētes. In ea ãt ꝗm
accepãt ſub ſe ⁊ differētes ⁊ excellētes. In ea
ptāte ꝗm in ſemetipſis ſinguli acceperant
vnicuiqꝫ ad effectum famulabať natura p-
pria. In ea vero ꝗm ad ſeinuicem habebãt
quibuſdaꝫ ſubiecta erat obedientia aliena
In ea aūt ꝗm ad inferiora poſſidebant po-
teſtatē vnicuiqꝫ ſcḋm v'tutem nature ⁊ digni
tatem officij miniſteriū exhibebat ſubiecta
creatura. Hec de potentia pma rõnalis na-
ture dicta future inueſtigatõni pmam oc-
caſionem exponunt.

## De triplici cognitione illorum. Capitulum. XIIII.

De ſapientia quo-
qꝫ illoꝝ in pma ꝯſideratiōe triplex
nobis diſcretio occurrit quoniaꝫ
illuminabanť tripliciter vel ad tria ſimpli-
citer erãt et erat trina cognitio ī eis vt agno
ſcerent qḋ facti erãt. ſimiliter ⁊ a ꝗ facti erãt
et cū ꝗ facti erant. In eo qḋ facti erant mali
et boni cognitōem accepant vt intelligerēt
ꝗḋ appetendū illis foret vel reſpuenduꝫ ſcḋm
potentiã v'tutis in ſe ⁊ libertateꝫ volūtatis.
ſꝫ ⁊ ipi⁹ a ꝗ facti erant cognitōem accepant
vt ītelligerent ⁊ ſcirēt pncipiū et finē ſuū a ꝗ
ꝯditõne ꝓceſſerant et ad ipm debuerant in
tentione conuerti. Illi⁹ vō cū ꝗ facti erant
cognitōeꝫ acceperant vt ſcirent ꝗḋ vel ſibi-
inuicē p diuina diſpoſitōe et ordinatiōe de
berēt. vel ꝗntū in hijs ꝗ cõditione ſibi ſūpta
fuerant p ꝯceſſa ptāte diuinit⁹ ſine pſūptio
ne valerent. Et in hunc modū ſapientes cõ
dite ſunt et diſcernētes ⁊ ītelligētes ſpūales



Pars V

ille ſubſtantie et tantum in hijs omnibꝰ ſapientes quantum incipienti nature congruum fuit vel pro merito virtutis adipiſcendo neceſſarium.

Si perfecti facti ſunt angeli an imperfecti.
Capitulū. XV.

### Vlti enim neſci/

m unt et ignorant eſtimanteſ ſup: effluētem quandā ſapiaꝫ eoꝝ q̄ ad rem non pertinent cognitōnem et prouidentiam et preſcientiam futurorum ⁊ eorum que circa ſe ventura erant fuiſſe in illiſ et aliter imperfectos et ignorantes et non ſicut oportuit conſūmatos et plenos qualia facere omnipotentem non decuit et perfectum ⁊ bonum. Sed non diſcernūt quia ad perfectionem aliquid facere vt perficiatur quod eſt imperfectum et iterum perfectum vt ſit primo imperfectum. Deide autem perfectuꝫ et vt ab eo perficiatur a quo imperfectum factum eſt. vt perficiatur nō ē imperfectio faciētis neqꝫ turpitudo facti quoniam et aliter facere potuit qui fecit et non aliter fieri debuit quod factū eſt. Sed ẞ dicendum quoniaꝫ perfectum eſt ſm aliquid habens totum quod habere debet et ſi non habet quod habiturū eſt totum.

Q, tribus modis perfectum dicitur. Capitulum. XVI.

### Am tribꝰ modis

i hijs perfectio conſtat et noiatur convenienter. perfectum eſt eniꝫ ſm tempus perfectum. et eſt ſm naturam perfectum. et vniuerſaliter perfectum. Primū perfectum eſt et quaſi inicium faciens perfectōis ſm tempꝰ ꝑfectum. Et ſequit̄ qđ maius eſt ſm naturā ꝑfectū ⁊ tertiū ē ⁊ maximū ⁊ ſupexcellēs ⁊ vniuerſaliter ꝑfectū.

Secundum tempus.
Si coniugium dicendũ eſt quod aliquando diſſolui poteſt caplo xj parte xj.
De his qui putant etiam inter legitimas perſonas quaſcunq̄z conſenſum ad inuicẽ habitũ coniugium facere caplo xij. pte. xj
De coniugio infideliũ caplo xiij. parte xj
De conſanguinitate ⁊ gradibus cõſanguinitatis capitulo xiiij parte xj
De affinitate caplo xv. parte xj
Quare conſanguĩtas inſtituta eſt vſq̄z ad ſextum gradum capitulo xvj parte xj
Quomodo computandi ſunt gradus cõſanguinitatis. Gregorius papa. parte xj.
Libro tercio inſtitutionum. ſexto capitulo de gradibus cognationis parte xj
Epl'a Johãnis ꝯſtãtinopolitani epi pte xj
Zacharias papa capitulo primo. pte xj.
Item capitulo quinto. parte xj
Decretum Gregorij iunioris parte xj
Beda in hiſtoria anglorum interrogatõ Auguſtini. parte vndecima.
Capitulo xxxvij. Gregori⁹ reſpondet Auguſtino parte vndecima
De affinitate. parte vndecima
Ex concilio maticenſi parte vndecima
Ex concilio cabillonenſi parte vndecima
De ſpirituali germanitate. Nicolaus ſalomoni Conſtantienſi epiſcopo parte xj.
Idem Karolo archiepiſcopo parte xj
Ex concilio cabillonenſi. parte vndecima
Ex concilio maguntinenſi parte vndecia
Ex concilio triburienſi idem parte xj
Quid diſtet inter cognationem ſiue conſanguinitatem ⁊ affinitatem ⁊ ſpiritualem germanitatem caplo xvij parte xj
Utrum dolus qui ſuppoſitio dicitur. coniugium diſſoluat caplo xviij parte xj.
Utrum cõditio ſeruilis ſi neſciatur. poſtea coniugium diſſoluat caplo xix parte xj


### In parte duodecima capitula ſunt hec.


De votis. capitulo pmo pte xij
De quinq̄z modis quibus mens agenda tractat capitulo ij. parte duodecima
Quid ſit vouere caplo iij parte duodecia
Que vota tenenda non ſint caplo iiij parte duodecima
Q; votum nullam commutationẽ admittat capitulo v parte duodecima
Que vota commutationem patiantur capitulo vj parte duodecima


### In tredecima parte capitula ſunt hec.


De vicijs ⁊ operibus malis capitulo pmo parte tredecima
De virtutibus ⁊ operib⁹ bonis capitulo ij parte tredecima
De timore et amore caplo iij. parte xiij.
Quid ſit timor capitulo iiij parte xiij
De quattuor timorib⁹ capitulo v. pte xiij
De charitate capitulo vj pte tredecima
Quare non ſint tria precepta charitatis capitulo vij parte tredecima
Q; pure ⁊ gratis amat qui deũ propter ſe amat capitulo viij pte tredecima
De menſura diligendi deum caplo ix parte tredecima
De menſura diligendi proximum. capitulo decimo pare tredecima.
Utrum charitas ſemel habita amittatur. capitulo xj parte tredecima
Utrum omnis dilectio dei charitas ſit nominanda capitulo xij parte tredecima


### In decimaquarta parte capitula ſunt hec.


De confeſſione caplo pmo parte xiiij
De penitentia capitulo ij. parte xiiij
De his qui in hac vita penitentiã nõ complent capitulo iij. pte decimaq̄rta
De eo ſi iterari poſſit pnia ca. iiij pte. xiiij.
De his q̄ in extremis penitẽt ca. v. pte xiiij
Q; ſola bona voluntas ſufficit ſi facultas operandi non deſ. caplo. vj pte xiiij
Q; homo opus iudicat: deus voluntatez penſat. caplo vij. parte xiiij
De remiſſione pctõꝝ et ſi ſacerdotes q̄ homines ſunt peccata poſſunt dimittere. ca. viij. parte xiiij.
De eo vtrũ pctã redeant poſtq̄m ſemel dimiſſa ſunt caplo. ix. pte. xiiij


### In decimaquinta parte capitula ſunt hec.


De vnctione infirmoꝝ caplo. j. pte. xv
Quãdo ⁊ a q̄ inſtituta eſt vnctõ infirmoꝝ capitulo. ij parte xv.
De eo ſi iterari poſſit hoc ſacramentuz. ca. iij. parte xv.


### In decimaſexta parte capitula ſunt hec.


De morientib⁹. caplo. j. pte. xvj.
De exitu animaruz caplo ij. pte. xvj.
De penis animaꝝ ca. iij. pte xvj
De locis penaꝝ ca. iiij pte xvj
De qualitate tormentorum gehennaliuz. capitulo. v. parte xvj
Q; corporeus ignis gehenne non tantuz corpora cruciabit ſed etiam ſpũs Auguſt. de ciuitate dei de eodem. parte. xvj.
Q; ignis gahenne ad aliq̄d lucebit vel aliquid non. de eodem. Gregorius in moralibus. parte xvj.
Q; ignis gehẽne ab initõ ſic creat⁹ ẽ vt nutrimento non egeat. Itẽ in eodem. pte xvj.
Quales ſunt purgatorie pene in hac vita et quales poſt. Aug. de ciui. dei. pte. xvij
De cura pro mortuis agenda. Aug. in enchiridion ca. vj parte xvj
Quibus proſit poſt mortẽ vel quomodo pro illis fit. Auguſtinus d' ciuitate dei. cap̄. vij. parte xvj
De eodem idem in eodem libro ſcdo. parte. xvj.
De exequijs idez in' eodẽ lib. j. ca. viij. p. xvj.
De ſacrificio p defunctis Gregori⁹ in dialogo caplo. ix. parte xvj.
Quibus proſit. Idem in eodem. ca. x. p. xvj
Si anime ſciunt que in hoc ſeculo geruñt capitulo. xj. parte xvj.


### In decimaſeptima parte capitula ſunt hec.


De tempe aduent⁹ xp̄i in nouiſſimo Aug. ad Eſicium caplo. j. pte xvij
De vltima tribulatõe Aug. de ciui. di. cap̄. ij. parte. xvij.
Quare mõ diabol⁹ ligat̃ ca. iij parte xvij
Quare in nouiſſimo ſoluet̃. ca. iiij. p. xvij.
Quãto tpe erit vltĩa tribulatio ca. v p. xvij.
De aduentu Helye ⁊ Enoch. ca. vj. pte xvij
De qualitate pſone iudicis. Auguſtinus de ciuitate dei. caplo vij. parte xvij.
De celeritate iudicij. Auguſtin⁹ ad Conſencium. capitulo. viij. parte. xvij
De eodem. parte. xvij
De eodem parte xvij.
De ordine reſurgendi. ca. ix. parte. xvij.
Quõ intelligendũ eſt q̄d ſcriptũ eſt. viuos et mortuos iudicabit. ca. x. pte. xvij
De reſurrectione corpoꝝ que et qualia reſurgent. caplo. xj. pte. xvij
De abortiuis ⁊ monſtris vtꝝ reſurgent et qualia. Auguſtin⁹. cap̄. xij. parte. xvij.
De modo reſurrectõis. Auguſtinus de ciuitate dei caplo. xiij. pte. xvij.
Exemplum ſupradictoꝝ. Idem de ciui. dei libro. xxij. caplo. xiiij. parte. xvij.
Q; corpa ſctõꝝ ſine vicõ reſurgent ⁊ incorruptibilia. Aug. i enchiridion. ca. xv. p. xvij
Q; infantes nõ in ea ſtatura qua mortui ſunt reſurgent. Auguſtin⁹ iterum de ciuitate dei. cap̄. xvj. parte. xvij.
Q; omnes in ea ſtatura reſurgent quã in perfecta etate. id eſt. iuuenili. vel habuerũt vel habituri eſſent ſi viuerent. Auguſtin⁹ in libro de ciuitate dei. xxij. ca. xvij. p. xvij.
Utrum corpora reproboꝝ reſurgent cum vicijs ⁊ deformitatibuſ. Auguſtinus in enchiridion. caplo. xviij. parte. xvij
Quomodo terrena corpora in celo manebunt. Auguſtinus de ciuitate dei libro. xiij. caplo xix. parte. xvij.
Quale ſit futurum iudicium. Auguſtin⁹ caplo xx. parte. xvij.
Q; deus conſciẽtia noſtra teſte vtetur ad iudicandum nos. Gregorius in moralib⁹ caplo xxj. parte xvij.
De eodem in omelia Fauſtini. parte. xvij

Quare deuſ in pñti iudicat Auguſtin⁹ in libro de ciuitate dei capl'o.xxij.pte.xvij
Auguſtinus de eodem parte.xvij
Item de eodem Gregorius in moralibus parte.xvij.
Item de eodē idem in octauo parte.xvij
Ubi erunt ſancti corpaliter q̄ndo mund⁹ ardebit. Auguſtinus. capl'o.xxiij. pte.xvij.

## In decimaoctaua parte capitula hec ſunt.

De ſtatu futuri ſeculi.
De innouatiōe mūdi. capl'o.j.pte.xviij.
Quomodo proderit eterna pena malorum bonis. capl'o.ij.parte.xviij.
Q, boni illic malos videbunt non mali bonos. cap̄.iij.pte.xviij.
De morte ſcđa. pte.xviij
Q, mali idcirco ſemper viuent vt ſemper moriantur. cap̄.iiij.pte.xviij
Q, eternus ignis non equaliter cruciabit omnes. capl'o.v.parte.xviij.
De eodem. parte.xviij.
De eodem. parte.xviij.
Quomodo iuſtū ſit vt pro temporali culpa eterna pena reddatur. Auguſtinus de ciuitate dei cap̄.vj.parte.xviij.
De eodem pte.xviij.
Item in eodem parte.xviij.
Quomodo dyabolus nunc cruciat̄ ⁊ quō cruciabit̄ in futuro. ca.vij.pte.xviij.
De eodem parte.xviij.
Q, poſt damnationē reproboꝝ ſancti plenius cognoſcent grām dei.ca.viij.pte.xviij
Q, damnatis malis ſancti intrabūt in vitam eternam. cap̄.ix.pte.xviij.
Quomodo iuſti tunc nō compatientur malis. capl'o.x.parte.xviij.
De eodem. parte.xviij
De eodem parte.xviij.
De viſione dei. cap.xj.pte.xviij.
Quid diſtet inter videre ⁊ credere. cap̄.xij parte.xviij.
De viſione corporali ⁊ ſpirituali in futuro capitulo.xiij. parte.xviij.
Si volubiles erunt illic cogitationes noſtre. capl'o.xiiij.parte.xviij.
Qualis ⁊ quanta erit felicitas et beatitudo futura. cap̄.xv.parte.xviij.
In tribus conſtare beatitudinem veram. capl'o.xvj. parte.xviij.
Q, ſanctis ī futuro nō ad dolorē ſꝫ ad gaudiū ꝓficiat ꝑteritoꝝ mēoria.ca.xvij.p.xviij.

Explicit regiſtrum doctoris eximij Hugonis de ſancto victore in librū ſecundum de ſacramentis feliciter.



Incipit liber ſecūdus de incarnatōe verbi et impletiōe et exhibitiōe gratie dei. Et d̄ ſacramētiſ noui teſtamēti vſqꝫ ad finem et cōſummatiōꝫ oīm. Prima pars de īcarnatiōe verbi et tēpore gratie.

### Capitulum primum.

In ſuperiori parte operis huius cōditionem omniū rerūꝫ a p̄mo p̄ncipio.cum lapſu hominis ⁊ his que poſtea ad reſtaurationem ei⁹ vſqꝫ ad aduentum vbi preparata ſunt vel ꝑpetrata ſūmatim deduxi. Nūc ea que ſequūtur vſqꝫ ad finē et ꝯſummationē omniū ordine ꝯtingere libet. Tempus gratie ab aduentu filij dei in carne exordiū ſumpſit. Sicut ſcriptum eſt. Gratia et veritas ꝑ ieſuꝫ xp̄m facta eſt. Gratia q̄ppe de.i.redēptō eſt generis humani. q̄ dum ꝑ aduentū xp̄i perficit̄. veritas ꝓmiſſionis dei in exhibitione gratie ei⁹ adimpletur

Quare filius miſſuſ eſt potius q̄ꝫ pater vel ſpiritusſſāctus.

### Capitulum II

Ideo autem filius miſſus eſt non pater aut ſpūſſanct⁹. quia cōueniens nō erat vt pater ab alio mitteret̄. q̄ nō erat ab alio. Si eniꝫ ab alio mitteret̄. ab illo venire haberet a quo mitteret̄. ⁊ eſſet illi quaſi quoddā principiū ab illo a quo mitteret̄. Propt̄ea ergo pat̄ ab alio mitti n̄ hꝫ q: ab alio eē n̄ hꝫ. Miſſ⁹ eſt aūt primuꝫ fili⁹ q̄ a ſolo patre eſt. deinde etiam ſpūſſanctus qui eſt a patre ⁊ filio. Primū filius venit. vt homines liberarentur. poſtea ſpūſſanctus venit. vt homines beatificarentur. Primum ille a malo liberauit. poſtea iſte ad bona reuocauit. Ille abſtulit qđ ſuſtinebamus. iſte reddidit qđ perdideramus. Uenit filius naturalis miſſuſ a patre. vt adoptandos in hereditatē vocaret. ⁊ ꝯſenſum ſuū in g̃tia adoptionis comprobaret. Neqꝫ eni ſine conſenſu filij a patre alieni in hereditateꝫ ducendi erant. Miſit ergo pater ꝓ filijs. venit fili⁹ ꝓ fratribus. quia ī patre et filio. paternitatis ⁊ filiationiſ nomē cōſtat vt filij nomē adoptādi perciperent. ⁊ ꝑ illum cuius erat ⁊ ab illo a quo erat. Uenit ſapientia vt hoſtis ratione vinceretur et vt habitaculū ſuū ipa vendicaret qđ malicia poſſidebat. Qui enim aſtutia vicerat. iuſtum fuit vt non fortitudine. ſꝫ prudentia vinceretur. vt in eodeꝫ in quo ſe victor exexerat. victus ſterneretur. Fact⁹ eſt filius dei filius hominis vt filios hominuꝫ filios dei faceret. et ne filij nomē ad alteram tranſiret ꝑſonam. ⁊ eſſent in trinitate duo filij. ⁊ ꝯfunderetur trinitatis diſcretio. Si enī pater carnem aſſūpſiſſet. idem ipſe ⁊ pater ⁊ filius eēt. Pater filij queꝫ genuit ex eternitate. ⁊ filius matris a qua genitus eēt ex tēpore. Si autem ſpūſſanctuſ carnem aſſūpſiſſet duo filij in trinitate eēnt. Alter filius patris ſine matre. alter filiuſ matris ſine patre. Ne ergo incōmunicabile nomē diuideretur. filius ſolus carnem ſuſcepit. vt vnus et idē eſſꝫ ⁊ filius dei et filius hominis. Filius dei ſ̄m diuinitatē genit⁹ a patre. filius hominis ſ̄m humanitatem nat⁹ ex matre.

Quomodo ſolus filiuſ carnem ſuſcipere potuit. Capitulū. III

Ideo forte erūt aliq̄ q̄ dicāt. ſi īſeꝑabilia ſt opa trinitatiſ ergo q̄cq̄d fac̄ fili⁹ facit et pat̄. Si aūt omne qđ facit filiuſ facit et pater. ergo ſi fili⁹ carnē aſſūpſit. ⁊ pat̄ carnem aſſūpſit. quia fili⁹ ſine patre carneꝫ aſſumere non potuit. ſi nihil ſine patre facere potuit Sed h̄ p̄mo ꝯſiderandū eſt. q̄a cum dicitur filius facere omne qđ pater facit. de illa nimirū operatione intelligenduꝫ eſt qua creaturā ſuā ꝯdidit et regit ac diſponit conditor et opifex deus. in qua operatōne pater ⁊ fili⁹ et ſpūſſanct⁹ omnino ſeparari non pñt. q̄a in deitate vna in qua et ꝑ quā operantur vnū ſūt. Hec autē idcirco d̄ diuina operatione diſtiguim⁹ ne q̄s ꝯtra id qđ dictum eſt. Omnia que facit pater. h̄ et fili⁹ facit. oppōnēdū putet. quia pater gignit. qđ filius nō facit. ⁊ filius gignitur. qđ pat̄ non

facit. Si enim filius ſicut pater gigneret. pater eēt. ⁊ ſi pater ſicut filius gigneretur. filiꝰ eſſet. Itaqꝫ ne quis propterea quia filiꝰ non gignit qđ pater facit. exiſtimaret filium non facere quecūqꝫ pater facit. Dicimuſ quia ħ de illa operatione intelligendum eſt. qua vł creaturā operaṫ. vt qđ nō erat. eē incipiat. vł in creatura vt quod factū eſt in eo qđ factū eſt ſubſiſtat. Ibi eni tota trinitas inſepabiliter operatur vbi nec pater a filio. nec filiuſ a patre. nec ſpūſſanctus ab vtroqꝫ in operatione ſeparatur. In opere q̄ppe operatio ꝓpe deſignatur. Nam in eo qđ factū nō eſt qđ ē deus. non facit ipſe. ſed tantū eſt. In eo autē qđ factum eſt. ab illo vtiqꝫ factuꝫ eſt. a quo factum eſt omne quod factum eſt. Hic ergo omnia que facit pater. ⁊ filius facit ſimiliter. In hac itaqꝫ operatione qua carnis aſſumptio inuenitur. quō ſoli filio ꝯueniat et nō patri. nō incōuenienť queritur? Cū eniꝫ dicit. qꝛ filiꝰ carnē aſſūpſit. opus vtiqꝫ ſignificatur. qđ filius fecit. a quo opere ſi pater excluditur. nō oīa que facit filiꝰ pater facit vel operaṫ. An forte quia dictū nō eſt. omnia q̄ facit filiꝰ. pater facit. ſed quecūqꝫ pater facit hec et filius facit. exiſtimanduꝫ eſt omnia q̄dem filium facere. que pater facit. quedā autem filium facere. que pater non facit. abſit Sed oīa que pater facit. filiꝰ facit. ⁊ oīa que filius facit. pater facit. quia in eo qđ in diuinitate vnū ſunt. in operatione ſeparari non pñt. Omne ergo qđ filius facit. pater facit. quia in diuinitate q̄ filius eſt patris. q̄a cuꝫ patre vnū eſt. nihil facit ſine operatione patris. Fecit q̄dam in humanitate. ſm quā filius patris non erat. quia illam naſcēdo a patre non accepat. que ꝓpterea ad ſolam pſonam filij referunť. qꝛ ea in illa ⁊ ſm illā naturam fecit. quā cū patre cōmunē non habuit ſed ſolus ex tempoꝛe ꝓpriā ſingulariter accepit. Verūtamē omnia q̄ in diuinitate feč ideo ſolus non fecit. q̄a in diuinitate ſolꝰ nō fuit. ſed idem cum ipſo fecit. qui cū ipſo idē fuit. Si ergo filius in diuinitate humanitatem aſſumpſit. q̄modo in eadem diuinitate pater idem cū ipſo non fecit. qui cū ipſo idē fuit. An forte cum dicitur. filius carneꝫ aſſūpſit. ex vi occulte relationis q̄ intelligiť. q̄a ſibi vniuit. idē de patre ñ dicit. q̄a ſi ideꝫ diceretur. nō idem ſed aliud intelligereť. Si eniꝫ diceret. pater carnem aſſūpſit. intelligeretur ſimiliter qđ pater ſibi carnē vniuit. qđ iā idē non eēt ſed aliud. Aliud q̄ppe eēt ſi patri caro vnita diceretur. q̄ꝫ cū filio vnita dicit. qꝛ ſicut alius ē in perſona pater. ⁊ alius filius. ſic aliud dicit cū filius incarnatuſ dicit. q̄ꝫ diceretur ſi pater incarnatus diceretur. Nō igiť conſequens eſt. ſi filius carnem aſſūpſit. idcirco carnem aſſūpſiſſe ⁊ patrem. ſicut conſequens non eſt. ſi filius ſibi carnē vniuit. carnem ſibi vnijſſe ⁊ patrem. Cōſequēs autem eſt. q̄a ſi filius carnem ſibi vniuit. eādem carnem ipſi filio vnijſſe ⁊ patrem. quia dū vna vtriuſqꝫ operatio oſtenditur. nec filius ſine patre. nec pater ſine filio operatus demonſtratur. Si autem ſibi pater carnem induiſſet. ⁊ filius ſibi. nō hoc idem eſſet. ſed aliud. quoniam in coꝛpo nō eadem demonſtraretur operatio. ꝙ non ad eundem vtrimqꝫ facta ꝓbaretur relatio. Nunc autē aſſumptōnem ſiue vnionem carnis. ⁊ pater operatuſ eſt. quia carne induit filium. ⁊ filius operatus eſt. quia carne induit ſemetipſum. ⁊ fuit vna vnio. ⁊ operatio vna. Propterea vnio vna quia qđ vnitū eſt. vni vnitum eſt. ꝓpterea operatio vna. quia qđ factum eſt. in vno factum eſt. Tres operabantur. ⁊ nō tria. ſed vnū operabanť. ⁊ qđ fiebat ⁊ vnius erat. q̄ntum ad ipſum ſolū factū eſt. ⁊ trium erat. q̄ntum ab illis factū eſt. Legitur in libro iudicū. Quia manue vxoꝛē accepit ſampſoni filio ſuo. nec tñ ſibi vxoꝛē accepit. qui filio vxorem accepit. Et poſtulat filiꝰ patrem. vt ſibi vxoꝛem accipiat. quaſi ꝑ ſe ſolus hoc facere non poſſit. ⁊ nemo eſt q̄ argumēteť. vt dicat Si pater filio vxoꝛem accepit. ergo vxoꝛem accepit pater. ⁊ contendat vxoratū eē patreꝫ qꝛ filio accepit vxorē Quare ergo incarnatꝰ dicať eē pater. qꝛ filio ſuo carnē vniuit. ſicut ipſe filiꝰ incarnatꝰ dꝛ. qꝛ ſibi carnē copłauit? Spōſa q̄ppe vbi caro eſt. ⁊ aſſūpſit illā vbū ſibi. ⁊ pater vbi ſimiliť vbo ſuo vniuit eam. ⁊ operati ſūt duo vnuꝫ. ⁊ fuit in vno operatio duoꝝ vna. Propterea ait. quecūqꝫ facit pa



ter. hec ⁊ filius ſiliter facit. hec inq̄t et filiꝰ ſiliter facit Quid eſt ħ? Nō alia Quid eſt ſiliter? Nō aliter. Nō poterat vnitas opationis ꝑfectius demōſtrari. Nō alia nō aliter. Eadē ⁊ eodē modo. Si eadē operareť. ⁊ nō eodeꝫ mō operaretur. operatio vna nō eēt. q̄a aliť eēt. Si eođ mō opareť. ⁊ ñ eadē opareť opatio vna ñ eēt. q̄a alia eēt. Nūc aūt ⁊ eađ ⁊ eodē mō opatur. vt nihil ſit. aut aliud. aut aliť in opatione illius. Oſtēde mihi aliquid qđ facit pater. Si tamē querēdū eſt. qđ facit. q̄ totū facit. Pone tamē exempli cauſa vnuꝫ aliquid ex omnibꝰ que facit pater. dico. q̄a filius hoc ipſuꝫ facit. Neqꝫ ita hoc ipſū dico q̄ſi ſimile illi. ſed idem ipſū. Cū eniꝫ dico. Idē facio qđ tu facis. quia forte domū edifico. ſicut tu edificas domū. ⁊ cū alia ſit domꝰ tua quā tu edificas. alia domꝰ mea quā ego edifico. tamē idē me facere dico. quod tu facis. Quoniā id qđ facio ego ſm aliq̄đ ſimile eſt illi qđ tu facis. Nō ſic intelligo cū dico. q̄a filius ħ ipſum facit qđ pater facit. Si autem ego domū edificarē. et tu eandē mecū edificares domū. dico q̄a ideꝫ faceres qđ ego. Etiam verius vnū. qꝛ idipſuꝫ et nō aliud nec tamē adhuc vere vnū. quia tu partē vnam ⁊ ego alteram. tu inſtrumētis tuis. ⁊ ego inſtrumentis meis. tu manibꝰ et lacertis tuis. ego meis. Deniqꝫ tu virtibꝰ tuis. ego meis Etiam nō vere vnū. ſꝫ et in alio ⁊ ꝑ alia. Nū quid ſic dico cū dico. qꝛ filiꝰ hoc ipſū facit qđ pater facit. Ergo alia eſt manꝰ filij. ⁊ alia eſt manꝰ patris. aliud brachiū filij. et aliud brachiū patris. alia vtus filij. et alia vtus patriſ Cum ipſe filius et manꝰ et brachiuꝫ et vtꝰ ſit patris. Sicut idem eſt qđ hō manu facit. et qđ manus hominis facit. et qđ hō brachio facit. et qđ brachiuꝫ hominis facit. et qđ homo fortitudine facit. ⁊ qđ fortitudo hoīs facit. Sic idem eſt qđ pater facit. ⁊ qđ filiuſ facit. quia omne qđ pater facit. per filium fač. Si eēntia vna ē. ſi natura vna. ſi fortitudo vna. ſi volūtas vna. quō nō eſt vna opatō? Dicis q̄a hoc facit pater. et ego dico quia filius hoc ipſū facit. Hoc ipſum pater. hoc ipſꝫ filius. Totum pater et totū filius. Ipſum facere patris. filij eſt. Noli penſare quaſi duaſ actiones. vnam maioꝛem et vnā minoꝛem. Aut forte ſimilis ponderis. equales duas. Unitas ibi eſt. nihil młtiplex. Una ē actio duoꝛum in vno. triuꝫ actio vna. ſicut deitas vna. et in vna actōe tres. ñ treſ agentes ſunt ſed vnus agens. ſicut in deitate vna. tres. nō tres dij ſunt. ſed vnus deus. Pater et filius et ſpūſſāctus tres ꝑſone ſunt. ſed tres dij nō ſunt. nec tres creatoꝛes. nec tres factoꝛes. q̄a in eo qđ vnum ſunt. diuidi nō pñt. Quecūqꝫ ergo facit pater. hec et filius facit ſimiliť. Quid mag̃ ſiłe eē poteſt. q̄m vnitas? Quomodo poteſt diuidi. qđ multiplicari nō poteſt? Aut quō a ſe recedere poteſt. qđ vnum eſt? Ne ergo mireris. ſi aſſumptionem carnis que ad ſolum filium refertur. non ſolus filius operatuſ eſt. ſed cum filio etiam pater et ſpūſſanctꝰ. Neqꝫ idcirco tres incarnatoſ dixeris. quia incarnationeꝫ vnius: tres opati ſūt. qꝛ vnitaſ nature: īſeparabilē fecit opationem. ⁊ ꝓpꝛetas perſone ſingularem aſſūptionem.

## De diſcretione trium perſonarum in deitate vna.

Capitulū. IIII

q Uia uero infirmitas hūane intelligentie. ad ea que credere iubetur cōprehendenda nō ſufficit ſacri eloquij auctoꝛitate interim fouenda eſt. nō rōne humana diſcutienda. Quapꝓpter ea que a ſāctis patribꝰ de diſcretione triū ꝑſonarū in deitate vna ſm catholice vitatiſ firmamētum iam dicta ſunt in medium ꝓferꝛe libet nihil de noſtro adijcientes. vtpote q̄ nec ſufficienteſ inuenimur. ad ea que dicta ſunt ab illis.

## Auguſtinus aduerſus impietatem Arrij.

p Artes noſtri nouum nomē homouſyō ꝯdiderūt ſed nō nouaꝫ rem tali noīe ſignificauerūt. ħ enim vocať homouſyō. qđ ē ego et pater vnū ſumꝰ. vniꝰ videlꝫ eiuſdemqꝫ ſubſtantie. Ioē. Oēs catholici q̄ āte me ď tri

nitate ſcpſerūt.hoc intēderunt ſm ſcpturas docere.ꝙ pater ⁊ filius et ſpūſſāctus vnius eiuſdemq; ſubſtantie.inſeparabili equalitate.diuinā inſinuant vnitatē.Ideoq; nō ſūt tres dij.ſed vnꝰ eſt deꝰ.q̄uis pater filiū genuerit.⁊ ideo filius nō ſit qui pater eſt.filiuſ q; a patre ſit genitꝰ.⁊ ideo pater nō ſit q̄ filius eſt.Spūſſanctus q̄; nec pater ſit.nec filius.ſed tantū patris et filij ſpūs.et patri et filio coeternus.ipſe coequalis ⁊ ad trinitatis ꝑtinēs vnitatem.nec tamē eā; trinitatē natā de virgine maria.ſed tantū filiū.nec eandē; trinitatē deſcendiſſe in ſpecie colūbe.ſed tantum ſpūmſāctū.Nec eandē; dixiſſe de celo. Hic eſt filius meus dilectꝰ.ſed tantū vocē; patris ad filiū; fuiſſe.q̄uis pater et filius et ſpūſſanctꝰ.ſicut inſeparabiles ſūt ſic inſeparabiliter operenť.Nā q̄ intellectu hō deum capit.qui ipſū; intellectū ſuū q̄ eū vult capere nōdū capit? Intelligamus autem deum ſi poſſumus et quātū poſſumus ſine q̄litate bonū.ſine quātitate magnū.ſine indigētia creatorē.ſine ſitu pñtem.ſine ambitu oia ꝯtinentē.ſine loco vbiq; totū.ſine tempore ſēpiternum.ſine ſui cōmutatiōe mutabilia facientē nihilq; patientē.Quiſqs deū ita cogitat.⁊ nōdū pōt omnino iuenire qd ſit.pie tamen cauet quātū pt.aliqd de illo ſentire qd nō ſit.Eſt tñ ſine dubitatione ſubſtātia vel ſi meliꝰ hoc appellatur eēntia quā greci vſyam vocāt Idē in li.ꝯtra maximinū.Nulla ſit partiū diuiſio in vnitate deitatis.vnuſ eſt deus pater et filius et ſpūſſāctus.hoc eſt ipſa trinitas vnus eſt deus.Tres eni perſone ſunt.pater et filius ⁊ ſpūſſāctuſ.⁊ hi tres. quia vnius ſubſtātie ſūt.vnū ſūt et ſumme vnū.vbi nulla naturaꝝ nulla eſt diuerſitas volūtatū.Si aūt natura vnū eēnt.⁊ ꝯſenſione non.Nō ſūme vnū eſſent.Si vero natura diſpares eēnt.vnū nō eſſent.Hi ergo treſ quia vnū ſunt.ꝓpter ineffabilem ꝯiūctionē deitatis qua ineffabiliter copulanť.vnꝰ deꝰ eſt.Sed xpſ vna perſona eſt gemine ſubſtātie.nec tamē deus pars huiꝰ pſone dici pōt. alioquin filius dei anteq̄; ſuſciperet formā ſui nō erat totuſ.⁊ creuit cū homo diuinitati eius acceſſit.qd ſi in vna perſona abſurde dicitur.quia pars illius rei eē nō poteſt deꝰ quanto magꝰ trinitatis eē nō poteſt pars q̄cunq; vnus in tribꝰ? In trinitate ergo q̄ deus eſt.pater eſt deus.⁊ filius eſt deuſ.⁊ ſpūſſanctus eſt deus.⁊ ſimul hi tres vnus deus nec huius trinitatis tertia pars eſt vnꝰ nec maior ps duo q̄; vnus eſt.vbi nec maiꝰ aliquid ſūt oēs q̄; ſinguli.quia ſpiritalis ñ corporaliſ eſt magꝰtudo.Qui pt capere capiat qui nō pt credat ⁊ oret.vt qd credit itelligat pater et filius ⁊ ſpūſſāctꝰ ꝓpter indiuiduam deitatē vnꝰ eſt deꝰ ⁊ ꝓpter vniuſcuiuſq; ꝓprietatem.tres perſone ſunt.⁊ ꝓpter ſingulorū perfectionē partes vniuſ dei nō ſunt.Virtus eſt pater.virtus eſt filius.virtus eſt ſpūſſāctus. Idē in li.de trinitate.Si ſolus filiuſ intelligit ſibi.⁊ patri et ſpūiſācto.illud cōſeq̄tur vt pater non ſit ſapiens de ſeipſo.ſed de filio.nec ſapientia ſapiētiā genuerit.ſed ea ſapiētia pater dicatur ſapiens eē quā genuit. Ubi enim nō eſt intelligētia.nec ſapiētia eē poteſt.Ac per hoc ſi pater nō intelligit ipſe ſibi.ſed filiꝰ intelligit patri.ꝑfecto filiꝰ patrē; ſapientē facit.Et ſi hꝫ eſt deo eē qd ſapē.⁊ illi eadē eēntia eſt q̄ ſapiētia.nō filiꝰ a patre.qd verū eſt.ſed a filio potiꝰ pater hꝫ eēntiā;.qd falſum eſt.Eſt ergo deus pater ſapiēs ea q̄ ipſe eſt ſua ſapientia.⁊ filius ſapientia patris de ſapientia que eſt pater.de q̄ genitꝰ eſt filius.Quare et intelligēſ eſt pater.ea que ipſe eſt ſua intelligentia Filiꝰ autē intelligētia patris.de intelligētia genitꝰ q̄ eſt pater. Idē Nō quoniā deꝰ trinitas eſt.ideo triplex putandus eſt.alioq̄n minor eēt in ſingulꝭ q̄; in tribus parit.In hac q̄; trinitate cū dicimꝰ ꝑſonā patris.nō aliud dicimꝰ q̄; ſubſtātiam patris.q̄a pſona patris nō aliud eſt q̄; ipſe pater.Ad ſe q̄ppe dicit pſona.nō ad filiū vel ad ſpūmſanctum.ſicut deus et ſimilia.Hoc eni ſolum nomē eſt.qd cū dicatur de ſingulꝭ ad ſe.pluraliter non ſingulariť accipiať i ſūma.Dicimꝰ nāq; ꝙ pater eſt perſona.⁊ filius eſt pſona.⁊ ſpūſſanctus eſt pſona. Pať tamen et filius et ſpūſſanctus nō vna pſōa ſed tres.Uerum cum dicimꝰ.tres pſonas. vnā eſſentiam.neq; vt genus de ſpeciebus neq; vt ſpeciem de indiuiduis predicamus

Auguſtinus



videtur poſſe dici.vt tres homines vna natura.ſed plus ſūt duo homies.q̄; vnꝰ.Sed ñ maior eſt eſſētia pater ⁊ filiꝰ.q̄; ſolus pať. aut ſolꝰ filiꝰ.⁊ tres ille perſōe.Si ita dicēde ſūt.equales ſūt i ſingulis.qd aialis hō nō ꝑcipit.Cur ergo latinitas h ita iuſitate poſuit niſi q̄a voluit hoc vnū nomē ſuire huic ſignificationi quo intelligitur ťnitas.ne omino taceremꝰ qd tres cū tres eſſe fateremur.q̄ nomiē ñ diuerſitatem itelligi voluit ſed ſingꝭaritatem noluit.Ita et illa tria.⁊ a ſe inuicem detmiari videtur.⁊ i ſe iſinita ſūt.ita ⁊ ſingula ſūt in ſingulis.⁊ omnia i omibus ſinguliſ ⁊ ſingula in omnibꝰ ⁊ vnum omnia Idē Deniq; ſi qua eſt deo cū alijs alicuius noiſ cōmunio.valde ꝓcul dubio itelligēda eſt diuerſa ſignificatō Sed hoc patētiori ratōe oportet oſtēdere.Si nullius accidētis ſuſceptibilis eſt.quomodo diciť iuſta vel ſapiēs vꝭ aliquid huiuſmodi diuiā natura? Sed certū eſt ꝙ diuiā vel ſumma natura ideo vere eſt, quia per ſe eſt quicq̄d eſt.nihil autem iuſtū eſt.niſi per iuſtitiam.Igitur ſi non eſt iuſta niſi ꝑ iuſticiā.⁊ ñ poteſt eſſe iuſta niſi per ſe. Quid cōſequētius q̄; vt eadē; ſit ipſa iuſticia.per quam iuſta eſt? Quippē ſi querať quid ſit ipſa ſumma natura? quid rectiꝰ reſpōdetur q̄; iuſticia? Et cū creatura dicatur iuſta i eo ꝙ q̄le ē.eo ꝙ hꝫ iuſticiā.ipa.ſ.diuiā iuſtitia non ꝓprie dr habēs iuſticiā;:ſed exiſtēs iuſticia.⁊ ideo nō in eo ꝙ quale:ſed i eo ꝙ quid ſit dicitur. nihilq; i ea differt:ſiue dicať iuſta ſiue iuſticia Qd vō i exemplum iuſticie ratū eē cōſpiciť.hoc de oībus que ſimiliť de ſūma natura dicunť.intellectus ꝑrationem ſētire cōſtringitur.Quicq̄d igiť eorū de illa dicať nō qualis vꝭ quāta:ſed magis quid ſit mōſtrať.Quicq̄d enim eſt quale vꝭ quātū.eſt etiam i eo aliquid qd q̄d eſt vnde ñ ſimplex:ſed cōpoſitū eſt.Nā cū; aliq̄s hō dicať corpꝰ ⁊ rationalis ⁊ homo.ñ vno mō vel vna cōſiderarōe hec tria dicūtur.ſm ei; aliud corpꝰ.⁊ ſm aliud rationalis ē.⁊ ſingulū horum ñ eſt totū;qd homo. Illa vero ſūma eſſētia.ſumma vita.ſūma iuſticia.ſūma ſapiētia.ſūma magꝰtudo.ſumma eťnitas.et alia ſimiliter quecūq; ſūt in vocabulꝭ multiplicia:ñ pꝭa ſignāt:ſed vnū. Idem. Neq; perſōa patris.neq; perſōa ſpūſſācti:ſed ſola filij perſōa carnē aſſūpſit.⁊ vt hoc intelligas cōparationibus vtar.vt ex creatura creatorem itelligas.In anima eſt ratio:⁊ cum ſint vnum.aliud anima agit.aliud ratio.aiā viuimꝰ.ratione ſapimꝰ.Ita et pať ⁊ filiꝰ.⁊ ſpiritusſāctuſ.ſed cū vna ſubſtātia ſit:tota trinitas operata eſt hominē quē aſſūpſit.eū q̄ñ tota tritas aſſumpſit:ſed ſola perſona filij.

Idē i libro quito de ťnitate.Deo aliq̄d accidere ñ poteſt.Dicitur ad aliq̄d ſicut pater ad filiū.⁊ filiꝰ ad patrem.qd accidēs ñ eſt.q: et ille ſemper pater.⁊ ille ſemꝑ filius.Si vō pater ad ſeipſum diceret.ſm ſubſtātiam diceret. Item q̄uis diuerſum ſit eē patrem ⁊ filiū.ñ eſt tamē diuerſa ſubſtātia.q̄a hꝫ nō ſm ſubſtāriam dicunť:ſed ſm relatiuū;.qd tamē relatiuum ñ eſt accidēs:q: ñ eſt mutabile. Item.Nō ſm hoc ꝙ ad patrem dicitur:equalis eſt filiꝰ patri.reſtat ergo vt ſm id equalis ſit.qd ad ſe diciť. quicquid autē; ad ſe diciť.ſm ſubſtantiam diciť.reſtat ergo vt ſm ſubſtātiam ſit equalis eadē; igiť vtriuſq; ſubſtātia.Cum vero ingenitus dicitur pater ñ quid ſit:ſed quid ñ ſit dicitur.Cū autem relatiuum negať:ñ ſm ſubſtātiā; negať quia ipm relatiuū ñ ſm ſubſtātiā; dr Itē Quid tres? magꝰ ꝓſus laborat inopia hūanū eloquiū.Dictū eſt tres pſone.ñ vt illd diceret.ſed ne taceret Item.Trinitas nullo modo filiꝰ dici poteſt. Item.Fatēdū ēſt patrē ⁊ filiū.ꝑicipium ſpirituſſācti. Itē; Filiꝰ ñ tātū vt ſit filius.qd relatiue diciť.ſed omnino vt ſit ipa ſubſtātia naſcēdo habet.

Item Cū conareť humana inopia loquēdo ꝓferre qd t; d dño deo.timuit dicere tres eēntias.ne intelligereť in illa ſūma equalitate vlla diuerſitas Item.Ideo dicimꝰ tres pſonas.nō vt aliqua intelligať diuerſitas eſſētie.ſed vt vel vno vocabulo rñderi poſſit. cum dr qd tres vel qd tria Hieronimus Unū; in tribus pſonis fatemur deū.Tres pſonas expreſſas ſub ꝓpetate diſtinguimꝰ. nō noia tātūmodo:ſed ⁊ nominū ꝓpetates id eſt pſonas.Uel vt greci exꝑmūt ypoſtaſ hoc eſt ſubſiſtētias cōfitemur.nec pater filij

Hieronymus

aut ſpūſſācti pſonā aliquādo excludit.nec
rurſus filius aut ſpūſſāctꝰ patris nomē pſo
namqꝫ recipit.ſed paī ſemp eſt paī.filiꝰ ſemp
eſt filiꝰ.ſpūſſāctꝰ ſp eſt ſpūſſāctꝰ.Itaqꝫ ſub
ſtantia vnū ſūt.perſonis ac nominibus di
ſtinguuntur.

Ambroſius de trinitate

## Aſſertio noſtre fi

a dei hec eſt.vt vnū deū eē dicamꝰ
nō duos aut tres.Tres deos eē
dicit.qui diuinitatē ſeparat trinitatis.Nos
aūt patrem ⁊ filiū ⁊ ſpūmſanctū vnū deū eē
confitemur.ita vt in trinitate perfecta ⁊ ple
nitudo ſit diuinitatis.⁊ vnitas poteſtatis.
Deus enim vnꝰ eſt.Deꝰ nomen eſt magni
ficētie.nomen poteſtatis.Si ergo vnus de
us eſt.vnū nomen.vna poteſtas.vna eſt tri
nitas.Deniqꝫ dicit.Ite baptiſantes in noīe
patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti.In nomīe itaqꝫ.nō
in noībus.Unū nomen eſt.vbi eſt vna ſub
ſtantia.vna diuinitas.vna maieſtas.hoc no
men eſt.in quo oportet omnes ſaluos fieri.
Item.Ego et pater vnū ſumꝰ Unū dixit
ne fiat diſcretio poteſtatis.ſumꝰ addidit.vt
pſonas cognoſcamꝰ.Nō enīꝫ paī ipſe q̄ fi
liꝰ.ſed ex patre genitꝰ filiꝰ.ex deo deꝰ.ex ple
no plenꝰ.Nō ſūt igiī hꝫ nuda noīa.ſed vͦtu
tis indicia.Plenitudo diuinitatis in patre
plenitudo in filio.ſed nō diſcrepās.nec cōfu
ſum qđ vnū eſt.nec mltiplex qđ indifferens
Quō filiꝰ a patre genitꝰ.impoſſibile ē ſcire.
mēs dficit.ligua ſilet.ñ hoīꝫ tātū.ſꝫ āgloꝝ.
Supra angelos.ſupra cherubī.ſup ſeraphī
ſupra oēꝫ ſenſū eſt.credere iubemur.diſcute
re nō pmittimur.aufer argumēta.vbi fides
querit.Credimꝰ vnū deū.patrē ⁊ filiū ⁊ ſpūꝫ
ſanctū.Patrē eo ꝙ habeat filiū.Filiū eo ꝙ
habeat patrē.Et ſpūmſāctuꝫ.eo ꝙ ſit ex prē
⁊ filio Paī ergo pncipiū deitatis.q̄ ſicut nū
q̄ꝫ fuit nō deꝰ.ita nūq̄ꝫ fuit nō paī.A patre
filius natus.ab eo vero ⁊ a filio pcedit ſpūſ
ſanctus.Pater eternꝰ.eo ꝙ hēat filiū eter
nū cuius eīnus ſit paī.Filiꝰ eternus.eo ꝙ ſit
patri ⁊ ſpūiſancto coeīnus.Spūſſanctꝰ eter
nus.eo ꝙ patri et filio ſit coeīnꝰ.Nō cōfuſa
vt Sabelliꝰ di.trinitas in vna pſona.neqꝫ ſe
parata aut diuiſa in naīa diuīitatis.vt Arri
us blaſphemat.Sed alīi perſona pater.alī
filius.alter ſpūſſanctꝰ.vnꝰ in natura in trini
tate.deꝰ paī ⁊ filiꝰ ⁊ ſpūſſāctꝰ Item.Non
pater carnē aſſūpſit.neqꝫ ſpūſſāctꝰ.ſed filius
tantū.vt q̄ erat in diuīitate patris dei filius.
ipē fieret in homīe homīs filꝰ.ne filij nomē
ad alterū tranſiret.qui nō eēt a natiuitate fi
lius.Dei ergo natiuitate filꝰ.homīs factus
eſt filius natꝰ ſꝫm veritatē nature.ex deo dei
filꝰ.⁊ ſꝫm veritateꝫ nature.ex homīe homīs
filꝰ.vt veritas geniti nō adoptiōe neqꝫ ap
pellatione.ſed in vtraqꝫ natiītate filij nomē
naſcendo haberet.⁊ eēt verus deꝰ ⁊ verꝰ hō
vnus filius Item.Non ergo duos xp̄os
neqꝫ duos filios.ſed deū ⁊ homīem vnū fili
um.quē propterea vnigenitū dicimꝰ manē
te ī duabus ſubſtātijs ſicut ꝯtulit ei veritas
nature.nō ꝯfuſꝫ naturis.neqꝫ īmixtis.Ita eī
filꝰ aſſūpſit hominē.vt q̄ ſuſcepit ⁊ qđ ſuſce
pit.vna eēt in īnitate pſona.Neqꝫ enī homi
ne aſſūpto qua trinitas facta ē.ſed trinitas
manſit aſſūptione illa ineffabiliter faciente
perſone vnꝰ in deo et homīe veritatē Quo
niam non deum tantū.nec homīem tantuꝫ
dicimꝰ xp̄m.ſed deū verū natū de deo patre
⁊ verum homīem natū de hoīe matre.Nec
eius humanitatē q̄ minor eſt patre.minue
re aliq̄d eꝰ diuinitati q̄ equalꝭ eſt patri.Hoc
igitur vtrūqꝫ vnus eſt xp̄s qui et ſꝫm deum
dixit.Ego et pater vnū ſumꝰ.et ſꝫm hoīem.
pater maior me eſt Ex quo homo cepit
eē.nō aliud cepit eē q̄ꝫ dei filius ⁊ ꝫ vnigeni
tus.⁊ ꝓpter deū verbū qđ illo ſuſcepto caro
factum eſt.vt quēadmodū eſt vna pſona q̄
libet hō.aīa.ſ.ratōnalis ⁊ caro.ita ſit xp̄us
vna pſona vͦbū et homo. Item Xp̄s ieſꝰ
dei filius.eſt et deus ⁊ hō.Deus.qꝛ dei vͦbū
Hō q̄a in vnitate pſone acceſſit dei vͦbo aīa
rationalis ⁊ caro.Et quia vnicus dei filius
eſt.etiam et filius hominis.id eſt ipſe vtrun
qꝫ ex vtroqꝫ vnus chriſtus.vnus dei filius.
idemqꝫ hominis filius.non duo filij deꝰ et
homo.ſed vnus filius. Item.Deꝰ homi
nē aſſumpſit.homo in deum tranſiuit.non
nature verſibilitate.ſed dei dignatōe.vt nec
deus mutareī in humanā ſubāꝫ aſſumēdo



hominem.nec homo iñ diuinam.glorifica
tus in deum.quia mutatio vel verſibilitas
nature.vel diminutionem.vel abolitionem
facit.Creditur a nobis.ſine confuſione con
iuncta trinitas.ſine ſeparatione diſtincta
Item.Nihil creatum.aut ſeruiens ī tri
nitate credendum eſt.nihil inequale.nihil ḡ
tie equale.nihil anterius poſteriuſue.nihil
maius aut minus.nihil extraneū aut officia
le alīi.nihil ſibi īuiſibile.nihil creaturis viſi
bile.nihil moribus vel voluntate diuerſum
nihil de trinitatis eſſētia ad creaturaruꝫ na
turam deductum nihil officō ſingulare nec
alteri communicabile.nihil cōfuſum.ſed to
tum perfectum.quia totum ex vno ⁊ vnum
nō tamē ſolitarium Item.Homouſyō
ergo.id eſt in diuinitate patri filius.homou
ſyon patri ⁊ filio ſpirituiſācto.Omouſyon
deo et homini.vnus filius manens deus in
homine ſuo in glā patris.deſiderabilis vīdē
ri ab angelis.Sicut pater et ſpirituſſanctus
adoratur ab angelis ⁊ omni creatura.Non
hō ꝓpter deū.vel xp̄s cū deo.ſed hō in deū.⁊
in homīe deꝰ.

### Q, verbum carnem aſſumpſit cum pena ſine culpa. cum mortalitate ſine iniq̄tate

Capitulum V

## Multi querūt de

m carne illa quam verbū aſſum
pſit.qualiter a peccato mūda
fuerit.et q̄liter ſine peccato penam peccati
portauit.Et de eo quidem q̄liter a peccato
munda fuerit vel mūdata.Quorūdaꝫ eſti
mationem tacere non debemꝰ.ne forte ſi nō
exponatur.nō videatur.⁊ ſi nō videatur qđ
eſt.credatur quod nō eſt. Quidam pu
tant carnem illam que aſſūpta eſt a verbo
ita ab initio ⁊ in primo parēte quando tota
maſſa nature humane per peccatum corru
pta eſt.a contagione et corruptiōe peccati
immunem fuiſſe cuſtoditam.⁊ ab ipō pmo
parente vſqꝫ ad ſuſceptionem ſui a verbo li
beram ab omni peccato.⁊ mūdam deductā
vt nunq̄ꝫ ſub peccato fuerit.Et ido a pecca
to non liberatam.ſed liberam.Aiunt enī q̄a
illa pars nature humane ſub peccato eē nō
debuit per quā ipā natura humana vbi ob
noxia peccato fuerat a pc̄to liberanda erat.
Ad cōprobandum q̄ꝫ ipſaꝫ eandem eſtima
tionem.adducūt illđ qđ Apoſtolus cuꝫ no
uum ſacerdotiuꝫ veteri preferendum aſſere
ret.Melchiſedech qui typuꝫ ipſius xp̄i ac
noui ſacerdotij gerebat.ab abraaꝫ decimas
accepiſſe oſtēdit.in qua decimatione etiā le
ui.a quo veteris ſacerdotij miniſtros deſcē
diſſe dubiū nō eſt.decimatū comprobauit.
Ac per hoc vetus ſacerdotiū qđ in leui deci
mas dedit inferius.nouū auteꝫ quod ī mel
chiſedech qui forma xp̄i eſt decimas accepit
ſuperiꝰ ⁊ dignius eſtimandum. Ubi tamē
xp̄m qui tūc ſꝫm carnem ſimiliter vt leui ī lū
bis abrae fuit decimatū nō dicimꝰ.ne ſimi
li ratione nouū quoqꝫ ſacerdotiū quod in
xp̄o eſt.ibidē decimas dediſſe cōuincamur.
Quomodo autem leui q̄ ſꝫm carnē in lūbis
patris tūc fuit decimatus eſt.⁊ xp̄s q̄ ſꝫm car
nē ibidē fuit.decimatus nō eſt.nullaꝫ cauſā
aliā inuenire poſſe putant.niſi quia caro le
ui cū culpa ibi fuit.caro chriſti nō fuit.Atqꝫ
ideo quod peccato obnoxiū erat expiatiōe
eguiſſe.quod autem mūduꝫ atqꝫ a peccato
liberū erat.nō eguiſſe.Tali ergo ſe ratōe pu
tāt probare ꝙ caro illa que a verbo aſſūpta
eſt.nunq̄ꝫ obnoxia peccato fuit.ſed ab initō
ſiue in eo a quo deſcēdit.ſiue in his per quos
deſcēdit.mūda ſuata ſit a peccato.vt aliquā
do eſſe poſſit hoſtia pro peccato.Sed catho
lice vͦitatis diffinitio.filiū dei q̄ ꝓ pc̄toribꝰ et
ꝺ peccatoribꝰ natꝰ ē ꝺ carne obnoxia pecca
to carnē aſſūpſiſſe aſſerit liberaꝫ a peccato.⁊
ideo liberaꝫ.quia liberataꝫ.Ideo liberaꝫ.nō
qꝛ ſub illo nunq̄ꝫ fuit.ſꝫ qꝛ ſub illo eē aliquā
do ceſſauit.Quando aſſūpta eſt.mūdata ē.
Per eandē quippe gratiam natura hūana
mūdata eſt.vt dei verbo libera a peccato v
niretur.per quaꝫ chriſtianꝰ a peccato libera
tur.vt eideꝫ nature in chriſto capite ſuo ſo
cietur.Appareat itaqꝫ nobꝭ ſicut d.btūs Au
guſtinꝰ gratia in chriſto noſtro capite.vnđ
ſꝫm vniuſcuiuſqꝫ menſuraꝫ ſe per cūcta mē
bra eiꝰ diffūdit.Ea ḡtia fit ab initio fidei ſue.

bomo quicūq; xp̄ianus.qua gratia bomo
ille ab initio ſuo factus eſt chriſtuſ. De ip̄o
ſpiritu ⁊ hic renatus.de quo eſt ille nat⁹. Eo
dez ſpiritu fit in nobis remiſſio peccatorum
quo ſpiritu factum eſt.vt nullum haberet il
le peccatum Sic ergo factum eſt per gratiā
vt caro illa a peccato ſub quo ab origīe ſua
erat mūdaretur.⁊ mūdata in illo q̄ liber ab
omni peccato in ea futurus erat.a peccato
libera aſſumeretur.vt nec gratia corruptiōi
nature preiudiciū faceret.nec corruptio na
ture gratiam impediret. Quomō ergo inq̄
unt xp̄s in lumbis abrae decimatus nō fuit
ſi caro eius ibi peccato obnoxia fuit ? Sed
ſciendum eſt q̄ licet caro xp̄i ſicut caro leui
adhuc in lūbis abrae ſub peccato fuit.tamē
ipſum peccatum eius nō fuit.ſub q̊ caro ei⁹
fuit. Hoc enim ſolum eius ibi fuit.quod in
de futurum eius fuit. Quapropter leui illic
⁊ naturam ⁊ culpam habuit.quia inde per
propagatōnem originis ⁊ naturā ⁊ culpaz
trahere debuit Quia ergo xp̄s ī lūbis abrae
ſolam naturam habuit.propterea q̄ ipſam
ſolam inde accepturus fuit .p̄culdubio ob
latōe nō eguit.que pro eo qd̄ eius ſolum ibi
erat neceſſaria nō fuit. Oblatō enim nō pro
natura.ſed p̄ culpa offertur.quia ſi culpa n̄
eſſet.natura oblatōne opus nō haberz. Sic
ergo leui in lūbis abrae decimat⁹ eſt.q̄a ⁊
nataz et culpaz ibi habuit qui et naturaz et
culpā inde accepturus fuit. Xp̄s vero deci
matus non eſt.qui propterea quod inde ſo
lam naturam accepturus erat.illam etiaz
et tūc ibi culpā nō habuit.cum ipſa que ei⁹
futura erat ſine culpa natura in ſua origine
culpe obnoxia non fuit.

Quod verbum cū car
ne rationalem animaz
aſſumpſit.et qualis fu
it anima illa in ſapien
tia et virtute ⁊ iuſticia
et bonitate et merito.
Capitulū. VI

q Quidam heretici
fuerunt q̄ putauerūt in xp̄o cuz
carne a verbo rationalē aīam aſ
ſūptam nō fuiſſe.ſed ſolā carnez verbo vni
tam.⁊ ipſā diuinitatez verbi carnē loco anie
viuificaſſe.eādēq; diuinitatē ab ipſa carne.
quando in cruce mortua eſt receſſiſſe.rurſū
q; ad ipſam quando reſuſcitata eſt viuificā
daz et reſuſcitandaz rediiſſe. Sed catholica
fides hoc habet.totum qd̄ homis erat p̄tēr
culpā deū aſſūpſiſſe.quia nec aliter ver⁹ ho
mo eſſe potuiſſet.niſi totū qd̄ ad veritatē hu
mane nat̄e ꝑtinebat.aſſūpſiſſ;. Accepit ergo
cū carne ⁊ ī carne ipſā aīaz rationalē.que et
carnez ipſaz vegetaret ⁊ ſenſificaret ad vitaz
⁊ ſm̄ liberaz volūtatez peccatū reſpueret.et
ſectaretur iuſticiaz. Cui ⁊ hoc ex ſocietate di
uinitatis collatū eſt.vt ſpontanea quidem
libertate bonū faceret.ſed ad malum facien
dum nulla prorſus neceſſitate vel infirmita
te deliare potuiſſ;. Dicit quippe btūs Aug⁹
De ſpiritu ſancto et virgine Maria dei fili
us vnicus natus eſt.non carnis cupidine.
ſed ſolo dei munere.libera in illo voluntas
erat.ac tāto magis erat.quāto magis ſerui
re peccato non poterat. Multa autez que
runtur de illa rationali anima.e quib⁹ vnū
eſt.vtrū videlicet equalem cum diuinitate
ſciētiā habuerit .d̄ q̄ q̄ſtione in alio opuſcu
lo qd̄ de aīa chriſti intitulatū eſt prolixius
diſputaui. Hic vero hoc ſolū commemora
re ſufficit q̄ eadem anima ſicut plenam ⁊ p̄
fectam dei ſapientiam vnitā habuit.ita ple
ne et perfecte ex ipſa et per ipſam ſapientiā
ſapiens fuit.nec tamē ipſi ſapientie natura
eq̄lis fuit.q̄a longe aliud eſt ſapientia ſape
re.atq; aliud ſapientiā eē. Ex quo enim hūa
nitati diuinitas coniūcta eſt.ex ipſa diuini
tate hūanitas accepit per gratiam totū qd̄
diuinitas habuit per naturaz.ita vt ſm̄ illaz
ineffabilem vnionez et dei eſſet in hūanita
te ſua totū qd̄ hūanitatis erat.⁊ homis ī di
uinitate ſua eēt totū qd̄ diuinitatiſ erat Sic
ergo hūanitatem verbi in aīa rationali a
prima conceptione ſua ex ineffabili vnione
diuinitatis plenā ⁊ perfectā ſapientiā.⁊ po
tentiaz ⁊ virtutē ⁊ bonitatē accepiſſe credi
m⁹.⁊ ipſaz ſicut in vniōe diuinitatis inſepa
rabiliter.ſic in ipſa q̄ ex vnione diuitatiſ erat
plenitudine virtutis incōmutabiliter ꝑmā



ſiſſe confitemur. Neq; enim idcirco de⁹ hō
inter homīes conuerſari voluit.vt quaſi p̄
interualla temporū.ſapientia aut v̄tute p̄fi
ciens.meritū ſibi compararet.⁊ ſeipſo meli
or fieret.ſed vt ea ſapientia ⁊ bonitate quaz
ipſe in diuinitate ſua plenam et perfectaz ſē
per habuit.⁊ in humanitate ſua plenam ⁊ p̄
fectam ſemel et ſimul accepit.diſpenſationē
ſalutis humane ſm̄ ineffabilem ordinatiōz
ſuam compleret. Quapp̄ter id qd̄ dic̄ euā
geliſta.quia proficiebat ieſus etate et ſapiē
tia ⁊ gratia. Non ita accipitur q̄ſi in ſemet
ipſo melior factus ſit:ſed quia hominibus
quam ipſe habebat:ſed latebat ſapientiaz et
gratiam prout ratio temporuz poſtulabat:
magis ſemper ac magis aperuit. Ita apud
homines ipſe proficiebat:quādo homines
ipſi in eius cognitione profecerunt. Apd̄ de
um autem profecit in eo q̄ dum ſe ſapiētia
⁊ gratia dei plenum oſtenderet:eos ad lau
dem dei patris:a quo hec eſſe teſtabat̄ mag̃
ſemper ac magis prouocauit. De merito et
xp̄i pretereundum non eſt qd̄ quidam mi⁹
conſiderate dicere ſolent.quia ſcilicz chriſt⁹
homo aliter ad gloriam immortalitatis p̄
uenire non potuiſſet:niſi priuſ per paſſionē
merendo mortem ſuſtinuiſſet. Non enim
attendunt hi.quia q̄ deus homo mortalis
fuit:non neceſſitatis erat:ſed volūtatis. Nā
ſi primus homo ſine morte ad immortalita
tem peruenire potuiſſet.ſi ſe ab inobediētie
culpa cuſtodire voluiſſet : quanto magis
chriſtus homo qui non ſolum ſine peccato
hō iuſtus:ſed ſupra homines de⁹ fuit carni
ſue quam ad conſortium deitatis in conce
ptiōne ſublimauerat:glām incorruptionis
dare potuiſſet:etiam ſi illam ad tolerantiaz
paſſionis et mortis hūiliare noluiſſet ? Si
xp̄s ad gloriā reſurrectionis:niſi moriendo
peruenire n̄ potuit.ergo p̄ ſe mortu⁹ eſt xp̄s
⁊ nēce habuit mori:vt viuere poſſet. Quid
autez dicit ? Vado inquit immolari p̄ vob̄
Hic intendite.vado imolari pro vob̄. Qua
re non dicis et pro te ? Si pro nobis mortu
us es.vbi eſt pro te ? Audite ergo xp̄s dicit.
quia pro nobis mortuus eſt.⁊ nos dicamuſ
quia pro ſemetipſo mortuus.eſt beneficiuz
negamus.quia gratias referre nolum⁹ Si
pro ſe mortuus eſt.quid ei debemus. Ipſe
igitur ſibi cōgratuletur.pro ſe ſuſtinuit.ſibi
recepit. An forte et ſibi ⁊ nobis ? Quare er
go tacuit ſibi.⁊ dixit vobiſ ? An forte erubu
it de neceſſitate.⁊ gloriabatur de pietate ? Er
go et ipſe erubuit manifeſtare.tu nō erube
ſcis improperare. Sed dicūt. Si chriſtus p̄
tolerantiam paſſionis.gloriam reſurrectio
nis nō meruit.quid eſt quod dicit Apoſto
lus. Chriſtus factus eſt pro nobis obedienſ
patri vſq; ad mortem.mortem autez cruciſ
propter quod et deuſ illum exaltauit.⁊ dedit
illi nomen quod eſt ſuper omne nomen ?
Ecce manifeſte dicit Apoſtolus quia pro
pterea per reſurrectionis gloriam. chriſtus
meruit exaltari.quia prius per obedientiaz
paſſionis vſq; ad mortem nō reſpuit humi
liari. Si ergo propter hoc exaltatus. quia
humiliatuſ. Ergo exaltationis cauſa. humi
liatio fuit. Ergo in humiliatione meruit . q̄
in exaltatione humiliationis premium rece
pit. Si autem merendo ad gloriam perue
nit.quomodo ad illam peruenire potuiſſet.
ſi non meruiſſet ? Sic igitur iſti argumen
tando de propoſitione erroris.ad concluſio
nem mendacij perueniunt. Fallit quippe eoſ
q̄ meriti nomen non diſcernunt. Et propter
ea quia dicere non audent chriſtum nihil
meruiſſe.ne forte opera ab eo facta apud de
um nullius virtutis aut precij fuiſſe dicere
videātur.dum cadre timent: precipitant ſe
aſſerentes q̄ Chriſtus patiendo gloriaz me
ruit.ita vt ſi paſſus non fuiſſet.illam nec ha
bere potuiſſet nec debuiſſet . Si enim dici
mus.quia nihil meruit . conſequens eē pu
tant opera virtutis aut iuſticie eū non feciſ
ſe. Si autem dicimus.quia meruit.ſtatim
inferunt aliquid eum prius non debitum
ſibi operando obtinuiſſe.quod eſt dicere.
quia chriſtus aut bona opera nō fecit.aut
aliquid quod ſibi prius nō debebatur ope
rando promeruit. Sed videte q̄m ſtulta
ſit iſta aſſertō Quid ei ? Ergo de⁹ bonū op⁹
facere nō p̄t.q: nihil n̄ debitum ſibi p̄mereri

poteſt. Aut ideo operando non meretur.
Quia ſibi debetur. etiã ſi nõ opet. Nã nob
beneficia impendit deus et dona munificẽ
tie largitur. nonne hec ipſa faciendo a no
bis pro beneficijs ſuis amari ⁊ laudari me-
retur? Aut quia meretur. ideo prius dignꝰ
non fuit. aut minus fuit. Et opere tempora
li creuit meritum dei. ⁊ melior ſeipſo factus
eſt deus. Nunquid non melius eſt et mlto
melius. vt dicamus. quia eterna bonitate q̄
in ipõ eſt nunq̃ȝ creuit? quia plena in ipõ et
perfecta ſemper fuit. plene ſemꝑ ⁊ ꝑfecte bo
nus fuit et dignꝰ laudari ⁊ amari? Et quã
do opus temporale facit. et nobis benefacit
amari ⁊ laudari a nobis meretur. ⁊ eſt me
ritũ operis in illo eternum. qđ nobiſ tẽpora
liter exhibetur. Neqȝ ideo modo non mere
tur. quia ꝓus dignus fuit. neqȝ quia modo
meretur ꝓus dignus nõ fuit. Eſt ergo meri
tum in opere q̃a qđ fit opꝰ eſt bonitatis. et
ipſum meritũ tamẽ cũ opere in operante ñ
incipit. quoniam ⁊ ante exhibitionem opis
bonitas fuit operantis. Similiter dr̃ deꝰ ho
mo. qui ſicut in diuinitate ſua ab eterno ꝑ-
fectam bonitatem habuit. imo ipſe perfecta
bonitas fuit. ita in humanitate ſua a prima
cõceptione plenam perfectamqȝ bonitateȝ
accepit. non tunc primũ obedientiã patien-
di ⁊ moriẽdi habere cepit. quãdo pati ⁊ mo
ri cepit. Ecce cõcedimꝰ. q2 obediẽtia meritũ
eſt. exaltatio p̄miũ. Quid ergo? Si obediẽ-
tia meritũ eſt. Nõne ex quo obediẽtia cepit
meritũ cepit? Factus eſt inq̃t obediẽs vſqȝ
⁊c. Quis factus eſt? xp̄s. ſm q̃d factus eſt?
ſm humanitatẽ factꝰ eſt obediens. ſm diui-
nitatẽ ſubeſſe non potuit. in qua patri equa
lis fuit. Alia ſcptura dicit. Didicit ex his q̃
paſſus eſt obedientiã. Didicit qđ neſciuit.
Quid neſciuit? Obedientiã. Subeſſe neſci
uit. nõ potuit i eo q2 equalis erat eẽ inferior
Propt̃ea didicit qđ neſciuit. q̃a id qđ in ex
cellentia deitatis expertus nõ fuit. ꝑ inferioreȝ
naturam in vſũ aſſũpſit. Factꝰ eſt obediens
Ex q̊ factus eſt hõ. factꝰ eſt obediẽs. Ex quo
hõ eẽ cepit. ſubiectꝰ eẽ cepit. In q̃ntũ hõ dig
tate. in quãtũ bonus volũtate. h̄ eſt meritũ
Si volũtas ſemꝑ perfecta fuit. ⁊ meritum

ſemꝑ ꝑfectũ fuit. Ex q̊ deus cepit eẽ hõ. ⁊ hõ
cepit eẽ deꝰ. Deꝰ cepit eẽ homo ſubiectus. ⁊
hõ cepit eẽ deꝰ ꝑfectꝰ. Si deꝰ humiliatus ẽ
quantum potuit in homĩe. homo ſublima
tus eſt quantum potuit in deo. Si deus in
eo q2 homo eſſe cepit. paſſibilis et mortalis
eſſe cepit. ⁊ homo in eo q2 deus eſſe cepit. iu
ſtus et bonꝰ ⁊ perfectus eẽ cepit. Sicut enĩ
deus quando homo eẽ cepit. quod homĩs
erat accepit. ſic ⁊ homo quando deus eẽ ce
pit. quod dĩ erat. accepit. Quapropter ſicut
deus perfecta ſapientia. ⁊ poteſtas. et boni
tas eſt. ita homo ex quo deus factus eſt. per
fecte potens ⁊ ſapiens ⁊ bonus in deo factꝰ
eſt. An putas chriſtum hominem tunc pri
mum plenam et perfectam potentiam diui
nitatis accepiſſe. quando dixit. Data eſt mi
hi omnis poteſtas in celo et in terra. Unde
ergo prius demonibus imperauit. Ange
los miniſtros habuit? elementa ad nutum
imperij ſui inclinauit? An forte quia oran
tem legis quaſi precibus obtinuiſſe putas.
quod prius ipſe non potuit? Pater inquit
clarifica filium tuum. Et ecce vox facta eſt d̃
celo dicens. Et clarificaui. et iteruȝ clarifica
bo. Audiſti filium poſtulantem. patreȝ an
nuentem. Putas quia precibuſ obtinuerit
quod non obtinuiſſet ſi preces nõ fudiſſet?
Audi quod ſequitur. Non propter me in
quit facta eſt vox iſta. ſed propter vos. Si
rñſio ꝓpt̃ me facta non eſt. nec poſtulatio
ꝓpt̃ me facta ẽ. Sic ego rñſiõȝ patris nõ ac
cipio. vt me exauditũ intelligã. Sic nec p̄ceſ
patri fundo. vt quod ñ poſſũ obtineã. Ego
enim totum poſſum. totum quod pater po
teſt ego poſſum. qui filius ſuȝ patris. Om
nia enim que pater facit. hec et filius facit ſi
militer. Ex quo enim vt filius dei patris eſ
ſem homo accepi totum quod deus pater
poteſt poſſe accepi. Videtis ergo quomo
do chriſtus homo in eo q2 filius dei fuit. ⁊ ex
quo dei filius fuit. diuinam ſapientiam et
poteſtatem et bonitatem habuit. ac plene ⁊
perfecte. quia plene et perfecte fuit. Aut ido
ab initio hoc non fuit. quia ab initio hoc nõ
dixit. hec ĩquit ab initio ñ dixi vob. Ergo ab
initio xp̄us homo ex quo hõ eſſe cepit deuſ



nõ fuit. Quia ab initio ex q̊ hõ eẽ cepit h̄ ñ
dixit? Diu fuit chriſtus homo int̃ homines
priuſq̃m deum ſe diceret vel probaret. Et
quando hoc dicere cepit. cum magna mo
deſtia ac reuerentia h̄ dixit. ne ſcãdalizarẽt q̃
mirarentur. Nec ſuſciperẽt qui nõ caperẽt.
Ideo reuerẽter ſe ſuggeſſit. nõ p̄cipitant in
geſſit. Quẽ inq̃t dicũt homĩes eẽ filiũ hoĩs.
Nõ predicauit. ſed interrogauit. Dici volu
it. ſed dicere noluit. ne nõ veritatẽ docere. ſȝ
gloriam querere videretur. Creditis in de
um et ĩ me credite. Cõſidera quomodo mo
deſte ſe adiungit. quia ſciebat extra hoĩs in
telligẽtiã eẽ. vt hõ deus crederet? Propt̃ea
humane ĩtelligẽtie adhuc ſubditus erat hõ
neqȝ in fide hoĩs adhuc vt deus crederetur
aſcẽderat. ideo dubitãti et amãti dixit. No
li me tangere. nõdum enĩ aſcẽdi ad patrem
meum. Propter hoc ergo q2 ſciebat ĩ cõſci
entia humana ſe ſubditum eẽ. ⁊ vt equal' cre
deretur. eidem conſcientie longĩquũ ⁊ extra
neum eẽ. paulatĩ illam fouebat vt ad verita
tem aſſuefaceret. vt veritas illam illumĩaret
nõ nouitas ſcandalizaret. Sic ergo xp̄s hõ
inter homĩes cõuerſando ſm diſpenſatõnẽ
ſaluti humane cõgruam per tempoꝝ inter
ualla: quod in ſe ſiml' erat: aperuit. ⁊ qđ ipſe
ab initio plenũ ⁊ perfectũ habebat humane
cognitioni per q̊ſdã ꝓfectus reuelatõnis ſe
habere magis ac magis ꝓut oportebat: oñ
dit. Sed dicũt. Si ĩ xp̄o homĩe ab initio ex
obedientia ſuſcipiende paſſionis meritũ fu
it. in hoc ipſo iam ꝯſtat: q2 ſi paſſurꝰ nõ fuiſ-
ſet ab initõ meritũ obediẽtie patiẽdi habere
nõ potuiſſet. Si enĩ paſſio futura nõ fuiſſȝ.
obediẽtia patiẽdi nulla fuiſſet. Si obediẽtia
nõ fuiſſet: meritũ obediẽtie nõ fuiſſȝ. Sic ita
qȝ ad obtinẽdã gl'am incorruptionis. indu-
cere conant̃ neceſſitatẽ paſſionis. Sȝ minꝰ
ꝯſiderant. q2 eadẽ bonitate qua ſe ad obedi
entiã paſſioniſ ſpõtaneũ exhibuit. q2 ſic pati
voluit. iuſtꝰ et bonus ⁊ gl'a dignꝰ fuiſſet. etiã
ſi pati noluiſſȝ. Si ei pati noluiſſet. ⁊ ad pa
tiendũ obediẽs nõ fuiſſet. nõ tamẽ inobedi-
ens fuiſſet. q̃a volũtati patris hoc nolẽs nõ
ꝯtradixiſſet. quoniã hoc et ipſe pater noluiſ
ſet. Nã ſicut obediẽs fuit. quia volẽti volẽſ

cõſenſit. ita ꝓculdubio obediẽs fuiſſet: ſi no-
lenti hoc patri idem ⁊ ipſe nolẽs cõſenſiſſet.
ſpūmſctm dicas. ⁊ aut pris aut filij aut ſpi
ritusſcti minuas ptātem. vacuū eſt oē mi
ſteriū. deniqꝫ ⁊ illi ipi q̄ dixerāt. nᶜ ſi ſpūſſā
ctꝰ ſit. audiuimꝰ. baptizati ſunt poſtea i no
mie dn̄i nr̄i Ihū xpi. et habūdauit ad grāꝫ.
qꝛ iam ſpūmſanctū Paulo p̄dicāte ꝯgno
uerant. Nec ꝯriū dꝫ videri. qꝛ q̄ꝫuis etiam
poſtea tacitū ſit d ſpū. tn̄ creditū eſt. Et qd
vbo tacitū fuerat. expſſū eſt fide. Cū eni dr̄i
noie dn̄i nr̄i Ihū xpi p vnitatē nois imple
tū eſt miſteriū. Nec a xpi baptiſmate ſpūs
ſepatur. qꝛ Iohes in pnīa baptizauit. xps i
ſpū. Nūc ꝯſiderēmꝰ vtꝝ queādmodū i xpi
noie plenū eē legimꝰ baptiſmatis ſacramē
tum. ita etiā ſctō tantū ſpū nūcupato nihil
deſit ad miſterij plenitudinē. Et rōnem ſeq̄
mur. qꝛ q̄ vnū dixerit. trinitatē ſignauit. Si
xpm dicas ⁊ deū prēm a q̄ vnctus ē filiꝰ. et
ipm q̄ vnctꝰ ē filiū. ⁊ ſpiritū q̄ vnctus ē deſi
gnaſti. Scriptū eſt eni. Hunc Ihm a naza
reth quē vnxit deꝰ ſpūſcō. Et ſi patrē dicas
et filiū eius ⁊ ſpūm oris eiꝰ pit̄er indicaſti.
cum id in corde ꝯphendas. Et ſi ſpiritū di
cas ⁊ deum patrē a q̄ pcedit ſpūs. ⁊ filiū qꝛ
filij q̄ꝫ eſt ſpūs nuncupaſti. Vn̄ vt rōni co
puleſ auctoritas. in ſpū q̄qꝫ recte baptizari
nos poſſe ſcriptura indicat dicente dn̄o.
Vos aūt baptiſabimini ſpūſctō. Et aplus
ait. Omēs eni in vno ſpū in vnū corpuſ ba
ptizati ſumꝰ. Vnū opꝰ qꝛ miſteriū vnum.
Baptiſma vnū qꝛ mors vna p mūdo. vni
tas ergo opatōis. vnitas p̄dicatōis q̄ nō pt
ſepari. Hucuſqꝫ vba bt̄i Ambroſij q̄liter d
recta baptizandi forma ſentiendū ſit mani
feſte explanāt. Vides ergo qualr̄ in fide tri
nitatis ſolo patre vl filio vl ſpūſctō. nuncu
pato plenū ſit baptiſmatis ſacramentū. et
queādmodū ſine fide trinitatis etiā tribus
ſil nomiatis impfectū. Sic eni vbiqꝫ fides
integra q̄ritur. ſic eadē fidei integritate ma
nente ſine detrimēto ſalutis ſmo variatur
verūtn̄ eccleſiaſtica ꝯſuetudo hāc potiſſi
mū in baptiſando formā tenere elegit. quā
ab ipo ſanctificatōis auctore ex pma inſti
tutione ſuandā accepit. Si q̄s forte q̄rat.
vtrū in articulo neceſſitatis ſufficere poſſit
ad plenū baptiſmi ſacramētuꝫ. ſi fuerit q̄s
in fide trinitatis ſine prolatiōe verborū ba
ptiſatus. vel quia is q̄ baptizauit loqui nō
potuit. ſiue quia ob feſtinationē vel ſtupo
rem imminētis periculi. ſiue alia quacūqꝫ
cauſa preuentus dū baptiſaret. locutionis
memor n̄ fuit? Si quis ergo forte hoc que
rat. Ego de hijs que occulta ſunt iudicare
nolo. precipue quia nomē trinitatis hic nō
audiui. Vbi etſi vera fides fuit. confeſſio
tamen fidei non fuit. Et hoc quidēꝫ de eo
quid ſit ſacramentū baptiſmatis. ⁊ de vbo



ſanctificantē in pn̄ti dicta ſufficiant.

## Quare inſtitutuꝫ ſit ſacramentum baptiſmi. Capitulum .III.

Hunc reſtat demō
ſtrare. q̄re inſtitutuꝫ eſt baptiſmi
ſacramentū et quare circumciſio
que loco illius olim poſita fuiſſe putatur
ſuccedente baptiſmo ablata ſit vel mutata
Nam ſi olim per circumciſionēꝫ ſimiliter
vt nunc per baptiſmū peccata dimitteban
tur. quid neceſſe fuit vt ipa circūciſio ſucce
dente baptiſmi ſacramēto mutaretur. Cur
aūt accepta minus profuiſſe credatur que
neglecta non minus nocuiſſe affirmatur.
Sicut eni nunc per euangeliū dicitur. Ni
ſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpiritu ſan
cto non intrabit in regnū dei. Ita olim per
legem dicebatur. Maſculus cuius caro
preputij circūciſa non fuerit peribit aīa
illa de populo ſuo. Niſi forte in hoc quod
ille qui nō eſt baptizatus. a regno dei exclu
dendus dicitur. Ille vero qui nō eſt circun
ciſus. periturus memoraſ. quis velit intel
ligere propterea baptiſmū aliquid ampliꝰ
conferre q̄ꝫ circunciſionē? Quia circūciſio
ſuſcepta a perditōne tantū potuit liberare
Baptiſmꝰ vero renatos etiā ad gl̄iaꝫ per
ducere pt. Nā illi antiq̄ prēs qui ſacramen
ti circūciſionis iuſtificationēꝫ pceperant. a
pditione quidē ſuabanſ. ſꝫ ad gl̄iam regni
non ducebanſ. donec veniret ille q̄ ſanguie
ſuo fuſo frameā igneā extinguēs. aditū pa
radiſi rurſum patefaceret. ⁊ credentibus in
ſe oibus regni celeſtis ianuā precedēs ipe
primꝰ apiret. In h ergo baptiſmꝰ ampliꝰ
confert. qꝛ renatos hinc exeuntes. ſtati ad
regnuꝫ mittit. qd tn̄ ex virtute ſanguis fuſi
ipſaꝫ aquā ſanctificantis condonaſ. Si igi
tur quis dicere velit idcirco circunciſionēꝫ
baptiſmo mutatā. vt i baptiſmo pficeretur
q̄d circūciſio implere non potuit. fortaſſis
videbitur ꝯuenienſ illi reſponderi poſſe. qꝛ
hoc qd amplius nūc in baptiſmo eſt. ex ba
ptiſmo nō eſt. ſꝫ ex paſſione xpi baptiſmuꝫ
ſanctificāte impletū. Idē vero circūciſionē
facere potuiſſe. ſi illi paſſio chriſti in coope
rationē ſanctificatōis adiuncta fuiſſet. Nā
in baptiſmo quantū ſcꝫ ſpectat ad virtutē
baptiſmi ſilr̄ vt in circunciſione remiſſio
tantū peccatoꝝ percipitur. Quia ſicut dic
tū eſt q iuſtificatis poſtea aditus patrie ce
leſtis panditur. cruce chriſti condonatur.
Propter eiuſmodi rationē aliam mutate
circūciſionis cauſaꝫ cōmodiorē fortaſſe ⁊
manifeſtā magis proponendā putamus.
In p̄cedentibus quodam loco cū de ſacra
mentis tractaremꝰ diximus ſacramenta
omnia ſigna quedā eē eiusque per illa da
tur gratie ſpiritualis. Oportere autē vt ſm
proceſſum temporū ſpiritualiū gratiaruꝫ
ſigna ſemp magis ac magis euidētia ac de
clarantia formarenſ. vt cuꝫ effectu ſalutis
creſceret cognitio veritatis. Itaqꝫ ſub lege
naturali primū data ſunt ſacramenta. de
cimatiōes. ſacrificia ⁊ oblatōnes. vt in deci
matione quidē peccatorū remiſſio. in ſacri
ficijs vero carnis mortificatio. in oblatōne
autē boni operis exhibitio deſignareſ. Sꝫ
erat obſcura ſignificatio hᶜ in ſacramento
decimationis: vbi homo de hijs que poſſi
debat. partē obtulit. ptēreīnuit. vt ad hūc
modū in eo quod iperfectionis erat. ⁊ defe
ctus fuit ſibi tribueret. qd vero ad bonitatē
ſpectabat. deo iputaret. hoc ſibi voluerunt
nouē partes retente. qꝛ nouenariꝰ numerꝰ
ſignū iperfectionis eſt a denario pfecto de
ficienſ. Propterea aūt qꝛ obſcuꝝ ſignū fu
it emundatōis in decimatōne. data eſt cir
cūciſio vt virtutē iuſtificatōis euidentiꝰ de
monſtraret. quando dictū eſt homini. vt
portionē carnis ſue. nō q̄dē ſupfluā ſꝫ illiꝰ
qd ſupfluū erat in hoie ſignū auferret. vt p
hoc agnoſceret. qꝛ culpā quā natura p illā
ptē corporis traheret. grā p ſacmentū circun
ciſionis emūdaret. Sꝫ qꝛ circūciſio eas tā
tū que foris ſunt enormitates āputare pt.
eas vero que intrinſecus ſunt pollutionū
ſordes mūdare nō poteſt. venit poſt circū
ciſionē lauacꝝ aq̄ totū purgās. vt pfecta iu
ſticia ſignaretur. Rurſū qꝛ poris pplīq̄ ſub
timore ſeruiebat mundatio laborioſa fuit.
Propterea ſacmētū circūciſiōis i carne q̄

dolorem habet illi datũ eſt. Nouo aũt ꝑplo
qui volũtate et dilectione ſeruit ſacramẽtũ
iuſtificationis in lauacro aque ꝙ ſuanẽ hꝫ
purificatõem ꝓpoſitũ. ⁊ ſic quidẽ rõnẽ red
dendã eſtimamꝰ. pro eo ꝙ ſacramentũ cir-
cũciſionis mutatũ eſt. ⁊ ſacrãmẽtũ baptiſmi
inſtitutũ eſt.

## Quando inſtitutum ſit. Ca. IIII.

Queritur etiam
quando inſtitutũ ſit ſacramẽtuꝫ
baptiſmi. ex quo deinceps licitũ
nõ fuit illud negligere. ⁊ qñ illud ſuſcipe de
bitum fuit. Et ſunt quidẽ ſuper hoc diuerſe
plurimũ eſtimationes. Alij dicunt ex eo in
ſtitutũ baptiſma. quo chꝛiſtus Nicodemo
nocte ad ſe venienti modũ noue regenera
tionis inſinuans ait. Niſi qs renatus fue
rit ex aq̃ ⁊ ſpũſancto nõ poteſt intrare reg.
dei. Alij dicũt inſtitutioneꝫ baptiſmi ex eo
incepiſſe quo xp̃s poſt reſurrectionẽ ſuã in
celũ aſcenſurꝰ diſcip̃los ad p̃dicandũ miſit
dicens. Ite docete oẽs gentes baptizantes
eos in noĩe pr̃is ⁊ fi. ⁊ ſpũſancti. Quidã in
ſtitutionẽ baptiſmi ex eo cepiſſe putant q̊
iohannes in aq̃ baptizare cepit p̃dicans ba
ptizaturꝫ in ſpũ. Alij in paſſione xp̃i qñ dixit
conſũmatũ eſt. omnia veteris teſtamẽti ſa
cramenta finem accepiſſe. et noui exoꝛdiuꝫ
putant. Cõmodius autẽ videt̃ vt dicamus
baptiſmũ ꝑus ꝑ Iohẽꝫ. ⁊ deinde ꝑ xp̃m ſiue
per diſcipulos xp̃i aliq̃ndiu ſolũ ne ab incõ
ſuetudine abhoꝛrerent in vſũ ꝓductũ. No
uiſſime aũt qñ in vniuerſũ mũdũ p̃dicato
res baptizare miſſi ſunt generalr̃ inſtitutũ.
Videnť aũt hic tria tẽpa diſtinguẽda. Pri
mũ eni ante baptiſmũ circũciſio ſola ſtatũ
hũit: ⁊ ſuſcipiebať ad iuſtificatõem ſine ba
ptiſmo. Nouiſſime aũt nũc poſt circũciſio
nẽ ſolꝰ baptiſmꝰ ſtatũ hꝫ ⁊ celebrať ad ſalu-
tem ſine circũciſione. Fuit ãt mediũ tpꝰ qd
dã qñ ⁊ circũciſio ⁊ baptiſmꝰ ſil' cucurrerũt.
Aliud. idẽ. circũciſio vt finireť. aliud. i. bap
tiſmꝰ vt ꝯfirmareť. Opoꝛtuit eni vt et illa
q̃ finiẽda erãt: nequaq̃ꝫ ſbito vl' p̃cipitãter
ſed paulatim ⁊ q̃i cuꝫ q̃daꝫ reuerẽtia dimit
terenť. vt oñderenť bona fuiſſe tẽpe ſuo. Et
ſilr̃ q̃ incipienda erãt nõ ſbito in auctoꝛita
tem aſſumerenť. ſꝫ cũ moꝛa ⁊ g̃uitate incho
arenť. ne velut aliẽa ⁊ p̃ter rẽ aliunde indu
cta ſubito putarenť. Illa igiť dimiſſa ſũt. nõ
ꝓiecta. Et iſta inſtituta ſũt nõ vſurpata. vt
diuini ꝯſilij auctoꝛitas vbiq̃ꝫ ſuareť. ⁊ hũa
na cauſatio: ne diuia opa rep̃hendre aude
ret admonereť. Quãuis ergo in paſſione
xp̃i per quã ꝯſũmata ſunt oĩa veteris figu
re ſtatus finẽ accepit: ⁊ noui ꝯſtitutio ſacra
menti exoꝛdiũ: tñ ⁊ prius aliquanto tẽpe et
noua incboata ſunt ad ꝯſuetudĩeꝫ: ⁊ vetera
poſtmodũ aliq̃ndiu tolerata ſm̃ diſpẽſatõ
nem. Simľ ergo fuerunt vtraq̃ꝫ tẽpoꝛe illo
ſiue ante paſſionẽ ſiue poſt: ab eo quando
incboata ſunt noua: donec poſtmoduꝫ ve
tera ſunt interdicta. Et in iſto medio tẽpoꝛe
quo fuit baptiſmus cũ circũciſione: ab in-
choatione ſua vſq̃ꝫ ad paſſionẽ chꝛiſti: hoc
fuit circumciſio cũ baptiſmo poſt paſſiõeꝫ
chꝛiſti vſq̃ꝫ ad illud tẽpus quo ipa circũci
ſio cepit prohiberi. Sicut eñ ante paſſionẽ
ipſa circumciſio in ſtatu ſuo ad remediuꝫ
ſuſcipiebatur. et tñ tunc etiã baptiſmus ſiñ
periculo ſalutis non contẽnebatur ab his
quibus p̃dicabatur. ita poſt paſſionem
baptiſmus quaſi in ſtatu ſuo ſuſcipiebať
ad ſalutem. et tamen etiã tunc circumciſio
ſine periculo ſalutis non contẽnebatur ab
hijs quibus finis eius nonduꝫ manifeſta
batur. Poſtq̃aꝫ autẽ dictum eſt ſi circun
cidimini Chꝛiſtus vobis nihil ꝓdeſt. Iã
deinceps non poterat circũciſio ad ſaluteꝫ
percipi. Sicut prius q̃ꝫ dictũ fuerat. Maſ
culus cuius caro p̃putij circũciſa non
fuerit: peribit aĩa illa de populo ſuo. non
potuit circũciſio ab hijs dumtaxat quibus
iniuncta fuerat: ſine periculo ſalutis contẽ-
ni. Rurſum quemadmodũ baptiſmus in
principio a Iohanne ſcd̃m ſolũ ſacramen
tum dabatur: vt hij qui baptiſandi vſum
nõ nouerant erudirenť: Sic in nouiſſimo
a quibuſdã fidelibus circumciſio diſpenſa
toꝛie ſcd̃m ſoluꝫ ſacramẽtuꝫ ſuſcipiebatur:
ne hij qui circumcidi ꝯſueuerant ſcandali
zarentur.



## Quando homines obligari cẽperint precepto percipiendi baptiſmi. Ca. V.

Si ergo queritur
quando homines obligari cepe
runt debito percipiendi baptiſ-
miꝰ. Hoc veritati ⁊ ratiõi conſentaneũ eſſe
pꝛobatur: ex eo vnũquemq̃ꝫ obligari cepiſ
ſe debito baptiſmatis ſuſcipiẽdi: ex quo vl'
poſt inſtitutionẽ preceptũ vel ante inſtitu-
tionẽ conſiliũ percepit baptizandi. Qui eĩꝫ
nec prius contẽptoꝛ conſilij: nec poſt p̃eua
ricatoꝛ p̃cepti extitit: culpandus non fuit.
Niſi foꝛte quis aut prius aut poſtea ita ig
noꝛans fuiſſe dicatur: ad queꝫ diuine inſti
tutionis noticia perueniſſꝫ: niſi eius culpa
obſtitiſſet. Quando igiť chꝛiſtus Nichode
mo nocte ad ſe venienti dixit. Niſi quis re
natus fuerit ex aqua et ſpũ: nõ poteſt vide-
re regnũ dei: amico reuelatũ eſt conſilium
Quando v̾o poſtea dixit. Ite docete omẽs
gentes baptizantes eos in nomĩe patris et
filij ⁊ ſpũſancti: infoꝛmandis oĩbus expoſi
tum eſt preceptuꝫ. Ubi quidẽ generalis in
ſtitutio facta eſt q̃ ex eo vnũquẽq̃ꝫ debito
rem habuit: quo ad ipſuꝫ p̃dicantibꝰ apo
ſtolis nuncijs verbi preceptũ inſtitutõnis
peruenit. Qui autẽ interim lõge poſiti aut
pꝛope in occulto conſtituti: nondũ ꝯgnita
inſtitutione diuĩa foꝛte ab hac vita ſbducti
ſunt: hoc de ipis michi ſentiendũ videť: qd
et de illis qui añ ipam inſtitutõeꝫ ſiue in p̃
putio ſiue in lege fuerũt q2 qd illis fecerunt
tempa: hoc iſtis opata eſt abſentia. Si q̊s
aũt p̃nar eẽ velit: ⁊ adhuc eiuſmodi aliq̊s
in ignotis regionibꝰ et remotis terraꝝ ſedi
bus degere ꝯtẽdat: q̊ foꝛte mãdatũ diuinũ
de ꝑcipiendo baptiſmi ſacramẽto ñ accepe
rint: ego vl' neminẽ talẽ eſſe: vl' ſi foꝛte aliq̊s
eſt: ſi eius culpa nõ obſtitiſſꝫ: audire ⁊ ſcire
potuiſſe ac debuiſſe ſiñ cunctatõe aſſirmo.
Maxime cuꝫ ſcp̃tura euidẽter clamet. In
omnẽ terrã exiuit ſonus coꝝ: ⁊ in fines oꝛb
terre verba coꝝ. Si ergo in omnẽ terrã exi
iuit ſonꝰ eoꝝ: in omni terra quidẽ vl' auditi
ſunt: et contẽptoꝛes ꝯdẽnantur: vel auditi
non ſunt pꝛo culpa ſua: et ignoꝛantes ignõ
rantur ⁊ nõ ſaluantur. Et hec de tempe in-
ſtitutionis baptiſmi: ⁊ de debito percipien
di baptiſmi dicta ſunt.

## Quid diſtet inter baptiſmũ Iohãnis et chꝛiſti. et de foꝛma baptiſmatis Iohannis et baptiſmatis chꝛiſti. Ca VI.

Inter baptiſmũ io
hannis ⁊ baptiſma Xp̃i: hec diſtã-
tia eſt. Q2 in baptiſmo Iohãnis ꝑ
intinctionẽ aque ſolũ ſacramentuꝫ dabať.
In baptiſmate v̾o xp̃i cũ ſacramẽto etiam
res ſacramẽti ꝑcipitur. Iohẽs aũt peccato
res aqua tinxit: ⁊ peccata ꝯfitentibꝰ p̃niam
iniunxit. Xp̃us baptizat ⁊ peccata dimittit.
Ille baptizans venturum et baptizaturꝫ in
ſpiritu p̃dicauit: hic baptizãs ad remiſſio
nem peccatorũ ſpũm infundit. Illic hoĩes
baptizabanť in nomine venturi: hic hoĩes
baptizanť in nomĩe patris ⁊ filij ⁊ ſpũſſãcti.
Sacramentũ ergo vtrobiq̃ꝫ q̃ntum ad foꝛ
mã exterioꝛẽ ideꝫ fuit: ſꝫ q̃ntũ ad effectũ idẽ
nõ fuit. Q2 illic ſacrãmẽtũ ſolũ fuit: ſꝫ remiſſio
pctõꝝ nõ fuit. Hic aũt ⁊ ſacramẽti foꝛma ꝑ
ponitur: ⁊ v̾tus ſacramẽti pariť in remiſſio
nem peccatoꝝ ꝯdonať.

## Si poſt datũ preceptũ baptizãdi aliquis poſſit ſaluari niſi actualiter percepto ſacramento baptiſmi. Ca. VII.

Solent quidam ſi
ue curioſe ſiue ſtudioſe inquirere
vtꝝ ne aliq̊s poſt indictũ et publi
ce ꝓpoſitũ baptiſmatis ſacramẽtuꝫ ſaluari
poſſit niſi actualr̃ ipꝫ ſacramẽtũ baptiſmi
ꝑcipiat. Videnť eni rões maĩfeſte eẽ. et hñt
auctoꝛitates mltas: Si tñ hꝛẽ dicẽdi ſunt q̊
nõ intelligũt. Primũ q2 dictũ eſt: niſi q̊s re
natꝰ fuerit ex aq̃ ⁊ ſpũ: nõ p̄t intro. i reg. dei.
Et iteꝝ ait. Qui crediderit ⁊ baptiza. fu. ſal.
erit. Et ſunt alia multa talia: quibus quaſi
aſtrui videtur: nullo modo ſaluari poſſe
eum qui hoc ſacramentum non habuerit:
quidquid preter h̾ ſacramentũ habuit. Si

ſidem perfectā habuit. ſi ſpem ſi charitateꝫ
habuit. etiaꝫ ſi cor contritū et humiliatū ha
buit. quod deus non deſpicit. Ueram peni
tentiā de preteritis. firmū propoſitū d̄ futu
ris. quidquid habuit ſaluus eē non poteſt.
ſi hoc non habuerit. Et hoc totū ita ipſis vi
detur. propter hoc quod ſcriptū eſt. niſi q̄s
renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpū. non intrabit
in regnū dei. Et tamen ſi quis querat quid
factū ſit de illis qui ꝑ chriſto ſanguie effuſo
ſine ſacramēto aque ab hac vita tranſierūt
dicere nō audent eiuſmodi ſaluos non eē.
Et cū oſtendere non poſſunt hoc in eo q̄d
ſupra mēoratū eſt ſcriptū eſſe. dicere tamē
non audent. quia ibi ſcriptū non eſt id̄o ne
gandū eſſe. Qui enī dixit. Niſi quis renatꝰ
fuerit ex aqua ⁊ ſpiritu. non addidit vl' effu
ſo ſanguine vice aque. ⁊ tn̄ eſt veꝝ quāuis
hoc ſcriptū non eſt. Nā ſi ſaluus eſt qui ꝓ
pter deum aquā ſuſcepit. quare nō multo
magis ſaluus eſt qui propter deuꝫ ſangui
nem fudit. Plus enī eſt ſanguinē dare q̄m
aquā accipere. Illud enī quod quidaꝫ di
cunt propterea ſaluos eſſe qui ſanguinem
fundunt. quia cū ſanguine etiam aquam
fundunt. et in ipā aqua quaꝫ fundunt bap
tiſma percipiunt. q̄ꝫ ſit friuolū patet. Si eiꝫ
propter humorē aque qui cū ſanie cruoris
de vulneribus manat baptizari dicuntur
qui interficiunt̄. Ergo qui ſuffocantur vel
ſubmergūtur. vel alio quolibꝫ genere mor
tis vbi ſanguis non funditur. occiduntur
baptizati non ſunt in ſanguie ſuo. ⁊ fruſtra
mortui ſunt pro chriſto. quia hūorēꝫ aque
quē intra corpus habuerunt non effude
runt. Quis hoc dicat? ergo in ſanguie ba
ptizatur. qui pro xp̄o morit̄. qui et ſi ſangui
nē non fundat ex vl'nere dat vitā que ꝑcio
ſior eſt ſanguie. Nā ſanguinē fundere poſ
ſet. etiā ſi nō daret. ⁊ minꝰ eēt ſāguieꝫ fūdere
q̄ꝫ vitam dare. Bene ergo ſanguinē fundit
qui vitam ponit pro chriſto. ⁊ habet baptiſ
ma ſuuꝫ in virtute ſacramenti. ſine qua ſic̄
ſacramentuꝫ ipſuꝫ accepiſſe non ꝓdeſt. ita
cum illa habetur. ſacramentuꝫ habere non
poſſe non nocet. Uerum ergo eſt quāuis
ibi dictū non eſt. Quia qui pro xp̄o morit̄
in xp̄o baptiſatur. Ita inquiūt verū eſt. q̄ꝫ
uis ibi dictū non eſt. Et ideo verū eſt quia
alibi dictū eſt. etiā ſi ibi dictū non eſt. Qui
enim dixit. Niſi quis renatus fuerit ex aq̄
et ſpiritu. non poteſt introire in regnuꝫ dei
Idem ipſe ⁊ alibi dixit. Qui me ꝯfeſſus fue
rit coram hominibus. confitebor et ego eum
coram patre meo. Q̄d ergo ibi dictum nō
eſt. ſubintelligendū tamē eſt. quāuis dictū
non eſt. quoniā alibi dictuꝫ ē. Uidete ergo
quid dicunt. Ideo inquiūt quod dictū nō
eſt. ſubintelligenduꝫ eſt vbi dictuꝫ non eſt.
quoniā alibi dictū eſt. Si ergo hoc in h̄ lo
co ſubintelligendū eſt vbi dictū non eſt. q̄a
alibi dictū eſt. quare ſimiliter etiam de fide
ſbintelligendū non eſt. quoniā alibi dictuꝫ
eſt? Qui credit inquit in me. mortē non vi
debit ineternum. Ideꝫ qui dixit. Niſi quis
renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpiritu. non po
teſt introire in in regnū dei. Ipſe dixit. qui
credit in me nō morietur ineternuꝫ. Aut er
go nega fidem. aut concede ſaluationem.
Quid tibi videtur? Ubi fides eſt. vbi ſpes
eſt. vbi charitas eſt. deinde vbi plena et per
fecta virtꝰ ſacramenti eſt. ſalꝰ non eſt? quia
ſolū ſacramentū non eſt. ⁊ ideo non eſt. q̄a
haberi nō poteſt? Qui crediderit inquit. ⁊
baptiſatus fuerit. ſaluꝰ erit. Ecce ergo dubi
um nō eſt. q: vbi fides eſt. ⁊ baptiſmꝰ et ſalꝰ
eſt. Et quid ſequit̄? Qui vero non credide
rit. condemnabit̄. Quare ita dicere voluit?
Quare nō dixit. qui non crediderit ⁊ bapti
zatus nō fuerit. condēnabitur. ſicut dixerat
Qui crediderit ⁊ bap. fu. ſal. erit? Quare?
Niſi q: credere volūtatis ē. ⁊ q: fides crede
re volēti deeſſe nō p̄t? Et idcirco in eo q̄ nō
credit. ſꝑ ꝓpria voluntas arguit̄. vbi nc̄citas
nulla eſſe p̄t. q̄ ad ad excuſatōꝫ ꝑtendat. Ba
ptizari aūt in volūtate eē p̄t. etiā qn̄ nō eſt in
poſſibilitate. Et idcirco iuſte bōa voluntas
cū deuotōe fidei ſue n̄ deſpicit̄. q̄ꝫuis ab eo
q̄d foris eſt ſacramēto aq̄ ꝑcipiēdo articu
lo neceſſitatis ꝓpediat̄. Uis noſſe plenius
vtrum ne ratio h̄ alicubi auctoritate ma
nifeſtiori ſe probet. Quamuis ⁊ ille quas
ſupra memorauimus auctoritates tam
manifeſte videant̄. vt de veritate ipſarū du
bitari nō poſſit. Audi tn̄ adhuc aliud. ſi for
te euidentiꝰ tibi demōſtrari poſſit de q̄ du
bitare nō debes. Beatus Augꝰ. in libro d̄
vnico baptiſmo ſic ait. Etiam atq̄ꝫ etiā cō
ſiderans inuenio. nō tantū paſſionē ꝑ noīe
xp̄i id quod deerat baptiſmo poſſe implere
ſed etiaꝫ fidem ꝯuerſionēq̄ꝫ cordis. ſi forte
ad celebrandū miſteriū baptiſmi in angu
ſtijs tempoꝝ ſuccurri nō poteſt. Uides q̄
māifeſte teſtat̄ fidē ⁊ cordis ꝯuerſiōꝫ bone
volūtati ad ſalutē poſſe ſufficere. vbi viſibi
le ſacmētū aq̄ ex nc̄citate ꝯtigerit haberi nō
poſſe. Sꝫ ne forte ꝯtrarietas aliq̄ tibi eē vi
deatur in eo q̄d poſtea in libro retractatio
num exemplū de latrone q̄d ad hāc ſnīam
in q̄ dixerat effuſionē ſanguis ſiue fidem et
cordis cōuerſionē vicem baptiſmi implere
poſſe ꝯprobandā aſſumpſerat improbauit
dicens. In q̄rto libro cū dicerem vicem ba
ptiſmi poſſe habere paſſionē. nō ſatis ydo
neū poſui illiꝰ latronis exemplū. qui vtruꝫ
non fuerit baptizatꝰ incertū eſt. Sed ꝯſide
rare debes q: in hoc loco exemplū tantum
q̄d ad probatōem ſentētie adduxerat. corre
xit. ipām ſententiā nō improbauit. Quod
ſi putas idcirco ſnīam impbandā. q: exem
plū correctū eſt. ergo falſum eſt q̄d dixerat
effuſionē ſanguis vicem baptiſmi poſſe ha
bere. q̄niā ad illud ꝓbandū exemplū ipſum
poſitū eſt. Non enī ait. cum dicerē vicē ba
ptiſmi poſſe hr̄e fidem. ſed cū dicerē. inquit.
vicem baptiſmi poſſe hr̄e paſſionē. quāuis
vtrūq̄ꝫ in ipā vna ſnīa poſuiſſꝫ. Si ergo ad
id q̄d dixit vicē baptiſmi poſſe habere paſſi
onem exēplum poſitū eſt cū ipm̄ ſine ambi
guitate vlla veꝝ eē ꝯſtet. patꝫ q: exemplum
poſtmodū correctū eſt. ſed ſnīa nō eſt imꝓ
bata. Oportꝫ ergo vt aut ꝯfitearis vicē ba
ptiſmi. in articulo nc̄citatis fidē verā ⁊ con
uerſionē cordis implere poſſe. aut oñdas q̄
liter vera fides ⁊ charitas non ficta haberi
poſſit. vbi ſalus non ſit. Niſi forte dicere ve
lis neminē fidem veram habere et charita
tem veram habere poſſe qui viſibile ſacra
mentum aque non ſit habiturus. quod ta
men qua ratione vl' auctoritate ꝓbes igno
ro. Sed nos interim nō contendimus vtꝝ
aliquis qui baptiſmi ſacramentū perceptu
rus nō eſt. iſta habere poſſit. hoc ſolo dum
taxat conſtāte. quia ſi q̄s eſſꝫ qui h̄ haberet
etiā ſine viſibili ſacramento aque perire non
poſſet. Multa ſunt alia q̄ ſuꝑ hoc ad pro
bandū adduci potuiſſent. ſed nos q̄ ſupius
in tractatu ſacramētoꝝ ad idipm̄ ꝓbanduꝫ
poſuimꝰ. neq̄q̄ꝫ iteꝝ atq̄ꝫ iteꝝ replicāda pu
tamꝰ.

## De ſacramentis neophitorum. Ca VIII.

Neophitus nouicius interp̄tatur. Neophitus vo
catur nuper ad fidē ꝯuerſus. ſiue
rudis in diſciplina religioſe conuerſatōis.
Nouiter ad fidē ꝯuerſi viſibilibꝰ ſacramē
tis inſtruendi ſunt. vt ꝑ ea q̄ vidēt intelligāt
ea q̄ nō vident. Admonēdi ſunt eiuſmodi
vt ꝯſiderent nouā non eē fideꝫ in q̄ noui ſūt
ipſi. quoniā ab initio mūdi ſicut nullo tp̄e
defuerunt fideles et iuſti mēbra xp̄i. ita ab
initio nunq̄ꝫ defuerūt ſacramenta ſalutis
que preceſſerūt in preꝑationem ⁊ ſignuꝫ re
demptiōis q̄ cōpleta eſt in morte xp̄i. Pri
ma nanq̄ꝫ etate Abel agnum obtulit in ſa
crificio figuraꝫ mortis chriſti. Sc̄da etate
Noe arcam in diluuio gubernauit ſic̄ chri
ſtus eccl'iaꝫ inter fluctꝰ temptationū regēs
mergi non ſinit. Tercia etate Abraham ꝓ
filio oblato arietē mactauit. ſicut deus pat̄
verbū ſuū pro ſalute mūdi obtulit. in quo
tamē diuinitate inuiolabili permanente ſo
la hūanitas doloreꝫ mortis ſuſtinuit. Po
ſtea eductus eſt populus iſrael de egipto
per mare rubrum in columna ignis et nu
bis ſicut fideles dei de tenebris peccati libe
rantur. renouati per ſacramentum baptiſ
mi chriſti ſanguine conſecratum. ipſum fi
de ſequētes. in quo eſt ⁊ nubes humanita
tis ⁊ ignis diuinitatis. Quarta etate in ihe
ruſalem regnum populi dei ſublimatur.
temporale prefiguranſ eternum. in quo p̄n
ceps pacis. pater futuri ſeculi. fideles ſuos
ad viſionem eterne pacis introducet. Hu
ius autem regni exordium. Dauid extitit:
qui per multas tribulationes probatus
et glorificatus. pacis ſucceſſorem filium

reliquit vt oñdatur. qꝛ ad future pacis q̄etē
ꝑuenire ñ poſſint. qui in pñti vita ꝯ̄ tempta
tiones ⁊ tribulatiões vincendas fortes nō
fuerint. ꝓpter h̄ qui in ſabbato ſcō paſcalis
ſolēnitatis baptiſandi ſunt. q̄rta hebdoma
da q̄dragesimal' obſ̄uantie q̄ ꝯtinētie nob̄
arma miſtrat. ⁊ i q̄rta eiuſd̄ hebdomade fe
ria cathezizādi ⁊ exorcizādi ōferūt ad ecc̄iaȝ
ibi audituri ⁊ inſtruēdi q̄liter ꝯ̄ ſpūales ne
quicias ſunt pugnaturi. Sȝ tñ vſqȝ in ſab
batum paſcalis ſolennitatis. eoꝝ baptiſmꝰ
differt. Hoc attendēte ecc̄ia. qꝛ qui ad ago
nem in pñti vita vocant. in ſpe future quie
tis baptiſant. Quinta etate populus ꝓpter
peccata ſua in Babilonē captiuꝰ ducitur ⁊
rurſum deo miſerāte. poſt ſeptuaginta an
nos ſoluto captiuitatis iugo ad terrā ſuaȝ
reuocat. Quoniā ꝑplus dei qui in hac vita
que ſeptenario dieꝝ numero voluit. vanita
ti ⁊ ꝯfuſioni ſubiectus mortalitatis iugum
portat. poſt finē eius a corruptōe liberatur
Sic igitur ab initio nullo tpe ſacramenta
dei defuerūt q̄bus fidelis ꝑplus ad ꝑceptio
nem inuiſibiliū nutriret ⁊ excitaret ad cog
nitionē. Ad vltimū ſexta etate de virgīe na
tus eſt chriſtus. ſic̄ ſexta die de terra virgīe
p̄mꝰ homo eſt plaſmatꝰ. Ipſe ergo q̄i con
ſummaturꝰ omīa cum ad virilē etatem ꝑ
ueniſſet. triceſimo etatis ſue anno a Iohe
baptizatus eſt. nō neceſſitate ſȝ diſpenſatō
ne. vt lauacꝝ emundādis ſanctificaret. De
hinc ap̄l'os miſtros euangelij ꝯuocans re
gnum celoꝝ ventuꝝ p̄dicare cepit. ⁊ nouiſſi
me in ꝯſummatōem omniū ſemetip̄m ho
ſtiam ꝑ mūdi redemptōe in ara crucis pa
tri offerens morē ſuſtinuit. vt credentibus
in ſe mortis timorē tolleret. ⁊ a morte reſur
rexit vt pro ſe morientibꝰ ſpem vite ⁊ reſur
rectiōis daret. Poſtea aſcenſurꝰ in celos.
diſcipulos in mōm vniuerſum miſit doce
re ⁊ baptizare omēs gentes vt vocarentur
qui p̄cedenteȝ ſeq̄rent ad vitam. Hec ſūt ſa
cramēta fidei xp̄iane ab initio ꝯdita vel cre
dita. in fine credenda ſine fine ꝑfutura. Hec
ſunt quibꝰ cathezizādos imbuimꝰ. ⁊ eoꝝ q̄
ſac̄mēto nouitatis regenerādi ſunt. fidē ſa
lutari ꝯfeſſione ꝑmerendaȝ exigimus.

## De cathezizatione. Ca. .IX.

Athecuminus in
c ſtructus vel audiens interp̄tatur
Cathezizare eniȝ eſt inſtruere q̄ñ
baptizandi p̄iꝰ inſtruūtur et docētur q̄ ſit
forma fidei chriſtiane. in qua eos ſaluos fi
eri ⁊ ſacramentū ſalutis ſuſcipe oportet. ſic̄
ſcriptū eſt. Ite docete omēs gentes baptizā
tes eos in nomīe p̄ris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti
Prius docete. poſtea baptizate. docete ad
inſtructionem. baptizate ad emundatōeȝ.
Docete ad fidem. baptizate ad peccatoruȝ
remiſſionē. Ido docete. quia qui crediderit
ideo baptizate. quia qui baptizatus fuerit.
ſaluus erit. Hec igitur forma cathezizatōis
a p̄mis tempꝛibus chriſtiane fidei inſtituta
eſt. Que tunc quideȝ neceſſario ſ̄uabatur.
quādo adultis et intelligentiaȝ habentibꝰ.
prius q̄ȝ ad baptiſmi ſacramētū accederēt
regula fidei xp̄iane nunciabat̄. vt vl' ſponte
fidei acquieſcentes digni regeneratōne ſpi
rituali iudicarent̄. vel credere nolentes me
rito a perceptiōe ſacramenti dei velut indi
gni repellerētur. Ad obtinendā quippe ſalu
tem. idcirco arbitriū homis cōſulenduȝ eſt
quoniā opus ſalutis voluntariū eē optet.
Et hoc quidē a p̄ncipio ſic factuȝ eſt. Poſt
q̄m auteȝ ad fidem m̄ltitudo gentiū introi
uit. iam nunc etiā in his q̄ a fidelibus gene
rantur paruulis eadem forma ſ̄uatur. q̄s
etiam ip̄os mater ecc̄ia prouida diſpenſa
tione ſacramēto ſalutis interim carere nō
vult. ne forte ip̄a dilatione a ſalute alieni fie
rent. ſi nō percepto ſacramēto ſalutis. ſubi
to ab hac vita exirent. Congrue ergo ꝓuiſa
eſt. ⁊ illis medicina ſalutis vt in ſacramēto
fidei baptizent̄. ⁊ ꝑ alteriꝰ fidē deo recōcilie
tur. q̄s ꝑ alteriꝰ pc̄tūm alienatos ꝯſtat eē a
deo. Inſtitutū eſt itaqȝ ad h̄ nouū ſac̄men
tū ad cathezizandos puulos. exorcizandos
initiandos. ⁊ deinde baptizandos in q̄bꝰ ꝑ
puul' audit eccleſia. ⁊ ad introgata r̄ñdet ⁊
ſpondet. donec ip̄i ad intelligibiles ānos ꝑ
ueniāt. ⁊ ſacramēta fidei ⁊ charitatis ⁊ ſpei
ꝑ ſe intelligere valeant ⁊ ſ̄uare.



## De exorciſmo. Capitulum. X.

Exorciſmus de gre
e co in latinū adiuratio dicitur. Ex
orciſte enim ſunt qui ſuꝑ cathecu
minos ſiue energuminos. id eſt. eos q̄ ha
bent ſpūm immundū. inuocant nomē dñi
noſtri ihu chriſti diuīa virtute obiecta. ad
iurantes eū vt egrediatur ab illis. Recte er
go poſt cathezizationē exorciſmꝰ ſequitur.
vt ab eo qui iam fide inſtructus eſt aduer
ſaria virtus pellatur. Tria quippe ſunt vſqȝ
ad ſuſceptionē nouitatis perficienda. q̄bus
baptizandus quaſi concipit̄ et nutritur. et
vſqȝ ad integritatem noue vite promouet̄.
Hec aūt ſūt catecīſmi exorciſmi orationes.
Primū itaqȝ cathezizatur baptiſandus. vt
ad fidem ꝓprio moueatur volūtatis arbi
trio. Deinde exorcizat̄ vt ab eo dyaboli po
teſtas iniqua pellatur. Addit̄ etiam oratio
vt p̄ueniat gratia et ſubſequat̄. q̄ vires pre
beat libero arbitrio. et qua procul fiat vni
uerſa maligni ſpūs illuſio. Forma igitur ex
orciſmi in hunc modū ꝑficitur. Signat̄ pri
mo baptiſandꝰ crucis ſignaculo in fronte.
in pectore. in oculis. in naribus. in auribus
in ore. vt totius corporis ſenſus hoc ſigna
culo muniant̄. cuiꝰ virtute omīa noſtra ſa
cramēta cōplentur. et omīa dyaboli figmē
ta fruſtrant̄. Poſtea datur ſal benedictuȝ
in os eius. vt ſapiētia conditꝰ. fetore careat
iniquitatis. ⁊ vltra nō putreſcat a vermibꝰ
viciorū. Deinde exufflatur malignꝰ foras.
vt ſpiritꝰ ſpiritu pellatur. Poſtea tangunt̄
ei aures ⁊ nares cum ſaliua. vt tactu ſuꝑne
ſapientie et aures eius aperiantur ad audi
endum verbuȝ dei. et nares ſimiliter ad di
ſcernendū odoreȝ ſuauitatis vite ⁊ mortis.
hoc eſt ſacramentuȝ apertionis quod dñs
in euāgelio ſig̃ficauit. q̄ñ aures ⁊ os tetigit
ſurdi ⁊ muti dicēs. Effeta qd̄ eſt adaperire.

## De his que poſt exorcizationeȝ ſequuntur in baptiſmo. Cap. XI

His igitur cōple
b tis. venit ſacerdos ad fontem. con
ſecrat̄ fons in noīe patris et filij ⁊
ſpūſſctī vt ſc̄titas ſac̄mēti nō ex eo q̄ miſtrat
ſed ex eo qui ſanctificat cōſtare ſciat̄. Sicut
ſcriptuȝ eſt. Hic eſt qui baptizat. Sicut enī
nec a bono meliꝰ datur. ſic nec a malo peiꝰ
accipit̄. Quia ſanctitas ſacramenti dei nō
in merito miſtrantiū. ſed ſanctificātis v̄tu
te perficitur. Traditur etiam noue vite au
ditoribꝰ ſimbolum fidei. in quo apoſtolice
doctrine forma conſiſtit. Poſtremo obla
tus ad baptiſmū paruulus. et interrogatꝰ
a ſacerdote ſi abrenunciet ſathane et omni
bus eiꝰ operibus. et omnibꝰ pompis eius.
per ora geſtantiuȝ reſpondet. vt qui aliena
iniquitate obligatꝰ eſt. aliena fide et confeſ
ſione ſoluatur. Poſt abrenunciatiōem fa
ctā. vngitur oleo ſacro in pectore. tanq̄ȝ mu
niatur aduerſus hoſtem. ne ei deinceps im
mūda et noxia ꝑſuadere poſſit. Vngitur ⁊
inter ſcapulas. vbi vigor portandi oneris ē
vt fortitudinē accipiat ad portandum onꝰ
dñi. Deinde interrogatur. ſi credat in deuȝ
patrem et filium et ſpiritū ſanctum. vnaȝ eē
catholicam eccleſiā. remiſſionē peccatoꝝ. ⁊
vitam eternā. Sub hac igitur fidei reſpon
ſione. trina merſione a ſordibus vetuſtatis
abluitur. et nouū hominē indutus tridua
ne morti chriſti conſepelitur. ſicut ait Apo
ſtolus. Quicūqȝ in chriſto baptiſati ſumꝰ
in mortem ip̄iꝰ baptiſati ſumus. Conſepul
ti enim ſumus cū chriſto per baptiſmuȝ in
mortem. vt quomodo chriſtus reſurrexit a
mortuis per gloriam patris. ita et nos ī no
uitate vite ambulemꝰ. Trina etiā īmerſio.
trina eſt cogitatōis locutionis et operatio
nis emundatio. Completis autē baptiſmi
ſacramētis. poſtq̄ȝ baptiſatus a fonte aſcē
dit. ſacro criſmate in vertice vngitur. vt ſpi
ritum chriſti participando merito deīceps
chriſtianꝰ appelletur coheres regni ⁊ glorie
ſacra vnctione effectus. Exinde tradit̄ chri
ſtiano veſtis candida. vt qui p̄me natiuita
tis decorē vetuſtatis pannis obfuſcauerat
habitu regeneratōis gl'e p̄ferat indumentū
Tegit̄ et pꝰ ſacrā vnctōeȝ eꝰ caput ſacro ve
lamine. vt intelligat ſe dyademate regali et
ſacerdotali dignitate potiri. Ad vltimum
datur cereus accenſus in manus eius. que

tinuus implere doceatur illud euangelicuꝫ
quo dicit. Sic luceat lux veſtra corā hoib⁹
vt videant opera veſtra bona.⁊ glorificent
patrem veſtrum qui in celis eſt. Hanc igit
lampadeꝫ ſi inextinguibilem ſeruauerit inē
virgines ſapientes cum ſpōſo celeſti ad nu
ptias introibit.

De patrinis. Capitulum. XII

## Atrini uocantur

p qui paruulos ad baptiſmuꝫ offe-
rūt. et pro ipis ſpondēdo quaſi fi-
deiuſſores ad deū fiunt. Hi ꝓpterea patri-
ni vocātur. quia regenerandos ad vitam
nouaꝫ offerūt.⁊ q̄dammodo auctores fiūt
ipi⁹ regeneratōnis noue. De quib⁹ placuit
patrib⁹. vt ꝑ ſingulos baptizandos. patrini
ſinguli admitterent. id eſt. vnus tantuꝫ ſiue
vir ſiue mulier. propterea fortaſſis ne ſpiri-
tualis cognatio cui reuerentiam exbibere
oportebat paſſim diffuſa in matrimonij co
pula obeſſe potuiſſet. Sed quedā eccie hāc
ꝯſuetudinē nō ſeruant. plures ad ſuſceptio
nem paruuloꝝ admittentes. Et hoc ſimilit
ſanccitum eſt. vt alium in baptiſmo vel in
criſmate. hoc eſt in confirmatōne. in filiolū
non ſuſcipiat. qui ipe baptizatus non eſt vl
confirmatus. Sed nec monachi cōpatres
aut commatres facere pn̄t. quib⁹ eiuſmodi
cōmercia familiaritatis prohibent. Patri-
ni fideiuſſores ſunt. pro his q̄s in baptiſmo
ſuſceperūt. vt eos cum ad legitimaꝫ etatem
ꝑuenerint admoneant fidem rectam ⁊ con
uerſationeꝫ bonam cuſtodire. Ante omia
ſymbolum et orationeꝫ dominicam. vt ipi
teneant et eis inſinuent pro quoꝝ fide ſpon
ſionem fecerūt.

De rebaptiſatione. Cap. XIII.

## Poſtolus dicit.

a Unus deus. vna fides. vnuꝫ ba
ptiſma. Quod ergo vnū eſt ge
minari nō poteſt. Quapꝑter valde ratōna
bili diffinitione a ſanctis patribus inſtitu
tum eſt. vt qui ſemel baptiſmi ſacramentū
ꝑcepiſſe cognoſcitur. nulla ratione illud ite
rato accipiat. ſiue in eccia ſiue extra ecciam.
Hē. ſiue a catholico ſiue ab heretico. ſiue de
niqꝫ a fideli ſiue ab infideli cuiuſcūqꝫ cōdi
tionis. etatis. aut ſexus ꝑſona illud accepe
rit. dūmodo tamen ſm fidem rectaꝫ catho
lica baptiſmatis formam acceperit. ratū cō
ſtare debebit. nec vlla ratione poterit itera
ri. Quod enim bonuꝫ accepit. quare bonū
nō iudicetur. etiā ſi a bono non acceperit?
Non enim illi⁹ erat a quo accepit. vel poti
us ꝑ quem accepit qui bonus non fuit. ſed
illius in cuius nomine accepit. Qui ſemꝑ
bonus malum dare non potuit. ꝓpter hoc
eos qui ab hereticis ī nomine trinitatis ba
ptiſati ſunt cum ad vnitatē eccie redeūt nō
rebaptiſari ſed vel vnctōe criſmatis vel im
poſitione manuſ recōciliari catholice eccie
antiqua patrū traditio inſtituit. Sic ꝓdem
arrianos ꝑ impoſitōem man⁹ occidens ꝑ
vnctionē vō ſacri criſmatis ad ingreſſū ca
tholice eccie oīes reformauit. Nam q̄ ſolū
ſacramentuꝫ foris acceperūt intus ꝑ impo
ſitionē manus ſpūm accipiūt. Placuit tn̄
eos qui ſe baptizatos neſciūt. et ſui baptiſ
matis teſtes nō habent ſine cunctatōne ba
ptizari. quia iteratū dici nō debet. q̄d factuꝫ
eē neſcitur. Queritur et de his qui mimice.
id eſt. iocoſe baptizant. vtrū verū ⁊ plenum
ſacramentū baptiſmi ꝑcipiant. Sed ſcien
dum quia aliud eſt aliq̄d iocoſe vel luſorie
dare ſiue accipe. et tn̄ velle dare et accipe. et
hoc omino intendere vt detur et accipiat.
quod iocoſe datur vel accipit. Aliud auteꝫ
aliquid agere q̄d forma illi⁹ in ope habeat.
et tn̄ h̄ nolle agere neqꝫ intēdere vt h̄ agat.
ſed aliud aliq̄d q̄dcūqꝫ. Ubi ergo intentio
baptizandi eſt. etiā ſi reuerētia debita ī agē
do nō eſt. ſacramentū q̄dem eſt. q̄a omino
agit. et h̄ intendit. nec tn̄ ſine culpa agentis
q̄a q̄d agit et intendit non digne agit. Ridi
culū aūt oino eſt. vt vbi intentio agēdi nlla
conſtat. opus eē dicat. ꝓpter ſpeciē q̄ndam
aſſimilatā operi. nō ꝓpter h̄ aſſūptā. ſꝫ forte
ꝓuenientē ex alio q̄cūqꝫ. eiuſmodi ē ꝙ q̄dā
imperiti eſtimāt vba illa q̄ ad ꝯficiendā eu
kariſtiā inſtituta ſūt a quacūqꝫ ꝑſona ſiue
in q̄cūqꝫ loco ⁊ qualicūqꝫ intentiōe ſuꝑ pa
nem et vinū prolata effectum conſecratōis



et ſanctificationis habere. q̄i ſacramēta dei
ſic inſtituta ſint vt nullā operādi rōnem ad
mittant. ſꝫ tumultuoſa quadam et violēta
atqꝫ irrationabili ꝑtinacia ſine omni inten
tione aut voluntate operantiū ad effectū ꝓ
cedant. Ego filiū meuꝫ forte ad balnea tule
ram. veni ad aquā nō vt baptizarē. ſꝫ vt bal
nearē. nō vt ſacramentū darē. ſed vt ſordes
abluerē vel carnem fouerē. Poſui paruu-
lū meū in aquaꝫ. et q̄z volui vt bn̄ creſceret
et ꝓdeſſet. dixi forte ſicut dixiſſem in mādu-
cando in bibendo ſicut in arando et ī ſemi
nando. ſiue aliud q̄dcūqꝫ agendo dixiſſem.
dixi in nomie patris ⁊ filij et ſpūſſancti. Tu
venis et dicis mihi. q̄z baptizat⁹ eſt fili⁹ me
us. Ego balneatuꝫ ſcio. baptizatum neſcio.
Q̄ ſi idarco baptizatū putas. q̄z cū merge
rem illū. dixi in noie patris et filij ⁊ ſpūſſcti.
Ergo et offa baptizata eſt. q̄z cū mergerem
illā dixi. in noie patris et filij et ſpiritusſācti.
Uide ergo ⁊ ꝯſidera. q̄z rationabile eē opor
tet opus miſterioꝝ dei. nec ꝓpē ſolā formaꝫ
ꝓiudicare vbi intentio agendi nulla eſt.

Quare in ſola aqua baptiſm⁹ ce
lebretur. Capitulum. XIIII.

## Iendū etiam eſt

ſ ꝙ in ſolo elemento aque ſacramē
tum baptiſmi ꝯſecrari inſtitutuꝫ
eſt. Quia ſola hec plenaꝫ habet et ꝑfectam
mundationē. Alij liquores oēs aqua puri
ficant. Et ſiq̄d alio quolibet liquore tactuꝫ
fuerit. aqua abluit vt emundet. ꝓpterea in
ſola aqua ſacramentū emundatōis cōſtat
ſicut ſcp̄tum eſt. Niſi q̄s renatus fuerit ex
aqua et ſpūſancto non poteſt introire ī re-
gnum dei.

De forma baptiſmi. Cap. XV.

## Aptiſmi forma iā

b olim in diluuio ꝓceſſit. vbi ī figura
ſaluandoꝝ octo anime ꝑ lignū ſal
uate ſūt. Similiter et in mari rubro vbi aq̄
baptiſmū. et rubor ſanguineꝫ ꝓferebat. Si-
militer in aqua aſperſiōis cui cinis rufe vi-
tule miſcebat. q̄ carnē xp̄i figurabat. q̄ femi
neo ſexu deſignat ꝓpter infirmitatem. rufa
ꝓpter ſanguinem.

Pars ſeptima.

De confirmatōne. Cap. I.

## Riſmatis un

c ctionē iam ab antiq̄ ī vete
ri teſtamento inſtitutam
legim⁹. qua tūc q̄dem re-
ges ſolū ⁊ ſacerdotes lini
ebant. quoꝝ vnctione ſin-
gularis ille vnct⁹ ꝓfigurabat. qui ꝑ cūctis
participib⁹ ſuis vnct⁹ eſt. vt cū illo ꝑticipa-
rent in noie q̄ ꝑticipes illi⁹ eē mererentur ī
vnctione. A criſmate eni xp̄s dr̄. ⁊ a chriſto
chriſtiā⁹ noiat. Propterea ex q̄ nomē oēs
cōmunicare ceperūt. oēs vnctōnem accipe
debuerunt. Quia in xp̄o oēs gen⁹ electū ſu
mus et regale ſacerdotiū. Criſma ex oleo ⁊
balſamo cōficitur. quia per oleum infuſio
gratie. per balſamum odor bone fame deſi
gnatur.

Q̄ impoſitio manus per ſolos
pontifices celebratur. Cap. II.

## Anus impoſitio

m q̄ vſitato noie cōfirmatio vocat
qua xp̄ian⁹ vnctione criſmatis
ꝑ impoſitioneꝫ man⁹ in fronte ſignat ſolis
ep̄is apoſtoloꝝ vicarijs debet. vt xp̄ianum
ꝯſignent. et ſpūm paraclitū tradant. ſicut ī
ꝓmitiua eccia ſpūm ſanctū ꝑ impoſitioneꝫ
manuum dandi apoſtoli ſoli poteſtatē ha-
buiſſe leguntur.

De eo quod ſilueſter papa inſti-
tuit vt baptiſatū preſbyter criſma-
te in vertice liniat Capitulum. III.

## N geſtis pontifi-

i calib⁹ legit ꝙ ſilueſter papa conſti
tuit. vt baptizatuꝫ ꝓſbyter in vtice
criſmate liniat. ꝓpter occaſionē q̄dē mortiſ
ne forte ꝓpter abſentiā ep̄i ⁊ difficultatē eū
ꝯſequendi ſine man⁹ impoſitōe baptizatuꝫ
ab hac vita migrare ꝯtingeret. q̄d quidem
oino periculoſū eēt. Quia ſicut ī baptiſmo
remiſſio peccatoꝝ accipit. ita ꝑ man⁹ impo
ſitionē ſpūs paraclit⁹ dat. Illic grā tribuit
ad peccatoꝝ remiſſionē. hic grā dat ad con
firmatōꝫ. Quid āt ꝓdeſt ſi a lapſu erigeris.

niſi etiā ad ſtandū cōfirmeris. Propterea timendū eſt his q̄ ꝑ negligentiā amittunt ep̄i ꝑſentiā. et nō ſuſcipiūt man⁹ impoſitōē ne forte ꝓpterea dānenť. q: feſtinare debuerūt dū potuerunt. ꝓpter eos eni q̄ articulo tēpis ꝑueniunť. inſtituta eſt illa q̄ ſacerdos baptizatū ſtatim ī vertice linit ſacri criſmatis vnctio. vt in h ipō oſtendať q̄ntuȝ ſacramentū iſtud ad ſalutē neceſſariū ſit. cū tam ſollicite vniuerſis caueť. ne forte ſine ipō ab hac vita ſubtrahanť. Manifeſtū eſt aūt q̄ ꝑmis tpib⁹ omis vnctio criſmatis ꝑ ſolos pontifices fiebat. Sed poſtea q̄dem inſtitutum eſt. vt baptizatū ſacerdos in vertice liniat. ꝯſignatio tn̄ frontis ſolis pontificib⁹ reſeruatur. Solus enim pontifex frontem ꝯſignare ac linire poteſt. et ſpūm paraclitū tradere.

## Quod ſit maius ſacramentum impoſitio manuū an baptiſmus Capitulum. IIII.

DE ſacramento cōfirmatōis. id ē. impoſitōis manuū etiā querit vtrū mai⁹ ſit ſacramentū q̄ȝ baptiſmus. Sed ſicut ſacri canones diffiniunt vtrūqȝ magnū oīno eſt ſacramētum et ſumma deuotione penſandū. Quāuis tn̄ alterū. id eſt. impoſitio manuū in eo q̄d a ſolis ſūmiſqȝ pontificib⁹ celebrať maiori videať reuerentia colendū. Sed h duo ita ꝯiuncta ſunt in operatione ſalutis. vt niſi morte interueniente omnino ſeparari nō poſſunt.

## Q; non debeat iterari manus impoſitio ſicut nec baptiſm⁹. et q; a ieiunis celebranda. Cap. V

DE ſacramento impoſitōis manuū diffinitū ē vt nulla ratione itereť. ſic nec baptiſmus. et ſi forte factū fuerit graui penitentia ē plectendū. Hoc q̄ȝ ſtatutū eſt. vt impoſitōnis manuū ſacramentū nō niſi a ieiunis vl' deť vel accipiať. ſi hi q̄ accipiūt ꝑfecte etatis fuerint vt mundi donū ſpūſſancti accipiāt. Sicut enim duob⁹ tempoꝛib⁹ paſca videlicȝ et penthecoſtes. baptiſma q̄d his ſolū tempoꝛib⁹ generaliter celebrandū eſt. a ieiunis celebrari debet. ita etiā donum ſpūſſancti per man⁹ impoſitōem a ieiunis pontificib⁹ cōuenit celebrari. exceptis infirmis. et morte periclitantib⁹.

## Quanto tempore debeant eſſe ſub diſciplina criſmatis qui man⁹ impoſitionem acceperunt. Capitulum. VI

SOlent quidaȝ q̄rere quanto tpe debeāt vnctionē criſmatis obſeruare in capite vt ſcȝ capita non lauent q̄ accipiūt manus impoſitōem abſqȝ tpe baptiſterij. Quibus reſponderi poteſt. cōueniens eē vt tāto tpe aduent⁹ ſpūſſancti apud vnūquēqȝ q̄ eum accipit celebreť. quanto tēpe generaliter ab eccl'ia celebrať aduent⁹ ſpūſſancti ſup apoſtolos. hoc eſt ſeptem diebus. Et merito. q: ſeptem ſūt dona ſpūſſancti. et in ſeptem comitibus ad hoſpitem ſuū ſpūſſanct⁹ venit. Et dignū eſt vt habeat vnuſq̄ſqȝ diem ſuū. et vnicuiqȝ in die ſuo conuiuiū preparetur. Alium diem ſapientia habet. aliū itellect⁹. alium conſiliū. alium fortitudo. alium ſciētia. alium pietas. alium timor. Talia conuiuia xp̄s apud hoſpites ſuos exercet. talia et ſpūſſanctus.

## Pars Octaua.

## De ſacramento corporis et ſanguinis chriſti Capitulum. I

SAcramentuȝ corpis et ſanguinis chriſti vnū eſt ex his in q̄bus ꝑncipaliter ſalus cōſtat. inter omīa ſingulare. q̄a ex ipō oīs ſanctificatio eſt. Hec eniȝ hoſtia ſemel ꝑ mundi ſalute oblata omnib⁹ precedentib⁹ et ſubſeq̄ntib⁹ ſacramētis vtuteȝ dedit vt ex illa ſanctificarēt. per illā liberādos omnes.

## Quando inſtitutum eſt ſacramētum corporis chriſti. Cap. II.



SAcramentum corporis et ſanguinis ſui ipē dn̄s ih̄s xp̄s inſtituit. q̄n poſt cenā veteris paſce panē et vinū in corp⁹ et ſanguinē ſuū diuina potētia tranſmutās. apoſtolis ſumendū diſtribuit. et vt idem poſt h ī memoriā ſui agerēt ꝑcepit.

## Utrum mortale vel immortale corpus ſuum in cena tradiderit. Capitulum. III.

SOlent quidā querere quale corp⁹ ſuū diſcipl'is ſuis dn̄s ih̄s xp̄s tradidit. h eſt. paſſibile an impaſſibile. mortale an immortale. et cetera que ad hanc ꝑtinēt queſtionē. Ego in eiuſmodi ſicut et in alijs profeſſus ſum diuina ſecreta magis veneranda q̄ȝ diſcutienda cenſeo. Simplicitati fidei hec ſufficere puto. ſi dicim⁹ q: tale dedit quale voluit. et rurſum. quale dedit. ipē nouit. Ideo ei dedit tale quale voluit. q: omnipotēs erat. et potuit omne q̄d voluit. Ideo aūt ipē nouit quale dedit. q: ſapientia erat. et non potuit ignorare q̄d fuit. Propterea leuius ſe queſtione abſoluit. et fortaſſe tuti⁹ in ſemet ipō ſubſiſtit q̄ nō dicit mortale dedit. ne videať dicere ꝯtra ſacramenti dignitatē. Nec dicī imortale dedit. ne eſtimetur credere cōtra eā q̄ in xp̄o an̄ reſurrectionē fuit mortal' corꝑis veritateȝ. Propter h fortaſſis meli⁹ eſt. vt neutruȝ diffinire ꝑſumam⁹. q̄ȝuis tn̄ alterū fuiſſe credam⁹. Sic itaqȝ non dicať hoc vel h fuit. q̄ȝuis tn̄ credať. quia alterum fuit. Nō ſi alterū dicendū eſt. ego abſqȝ preiudicio veritatis magis ſenſu ad illud accedo. vt illud impaſſibile et imortale. q̄ntum ſcȝ pertinet ad ſanctificatōnem ſacramenti tradidiſſe dicať. Si q̄s aūt obiciendum putet. q̄ ante reſurrectōem dn̄s ih̄s xp̄us corpus mortale portabat. et hoc ipī indubitanter ꝯfitemur mortalem fuiſſe dn̄m hieſum ſm̄ humanitatē ſuſceptā. q: ſi mortaleȝ fuiſſe nō crederem⁹. mortuum negarem⁹. Humana ergo natura in xp̄o mortalis fuit. ſed voluntate. nō neceſſitate. Ex eo enim q̄ per grām ab omni peccato munda verbo dei ī vnitateȝ ꝑſone iūcta eſt. ab omni mortis neceſſitate et debito libera facta ē. vt nihil morti deberet. pro eo q̄ peccati nihil haberet. ſuſtinuit tn̄ ſponte mortalitatē. q: mortem ſuſtinere volebat. Quia ſi mortalitatē non ſuſtinuiſſet. mori oīno nō potuiſſet. Sic ergo ſponte mortalitatē portauit. quouſqȝ mortem guſtaret. et ita mortalitateȝ deponeret Quia ergo voluntate nō neceſſitate mortalis fuit. ipī⁹ mortalitatis ꝓꝑetatē ſm̄ quod ratio et ordo tēporis poſtulabat. ꝑuſq̄ȝ eam per mortem totā exueret. aliquando ex ꝑte q̄n voluit depoſuit. et rurſum. quando voluit recepit. vt in hoc ipō probaret. q: inquātum eam ſuſtinuit. ex neceſſitate non eſſȝ. q̄ ſic pro poteſtate inquantū voluit eam non habere. ſuſtinere oīno non poſſet. Legitur in euangelio. q: dn̄s ih̄s xp̄s cum verbuȝ vite predicaret. et ad vitam mortales et morituros inuitaret. zelantes hoſtes queȝ ratione ꝯuincere nō poterant. furore extinguere volebant. Itaqȝ quaſi in eum qui nihil amplius mortali haberet. manus iniecerūt in ipm̄. et duxerunt eum in ſuperciliū montiſ vt illic eum p̄cipitarent. Ipē aūt vt oſtēderet ſe q̄dem mortalem eē. ſuſtinuit vt teneretur. et vt iterū demonſtraret. q: volūtate nō neceſſitate mortalitatem et paſſibilitateȝ ferebat. non ſuſtinuit vt p̄cipitareť. Cum enī eſſet ducendus. teneri ſe patiēter tolerabat. Cū aūt eſſet p̄cipitand⁹. potenter ꝑ mediū illoꝝ tranſiens ibat. Quādo voluit tenebatur. et q̄n voluit non tenebať. Quantuȝ voluit et q̄n voluit naturā mortalitatis admiſit. Quantū aūt eam ſuſtinere voluit. et q̄n voluit. eandē a ſe poteſtatem remouit. Trāſiens inquit ꝑ mediū illoꝝ ibat. Nūq̄d putas q̄ xp̄s luctando ſe de manib⁹ inimicoꝝ ſubtraxerit. cum ab eis teneret. vt tranſiens liber ꝑ mediū illoꝝ iret. Ergo fortitudo corporis ſola in eo laudanda ē. nō vtus deitatis. Non ita cōuenit. ſȝ exhibuit ſe qualē voluit admittēs ad ſe. ex eo q̄d ſpōte portabat q̄ȝtū voluit. Si ergo xp̄s mortalitatiſ naťaȝ ſm̄ rationē diſpenſationis diuine ꝑuſq̄ȝ eā perenniter victur⁹ exueret. ſm̄ temp⁹ aliq̄n

ex parte depoſuit.et iterū cū tempꝰ poſtulabat aſſūpſit.quid mirū eſt ſi dr̄ aliq̄n ꝑ cauſa et ratiōe tp̄is ſ͛m aliq̄d et totā depoſuiſſe in qua tn̄ adhuc cū tempꝰ poſtulabat paſſurꝰ fuit. Si ergo h̄ eē potuit vt ipē ſeipſum manibꝰ geſtaret et diſcipulis ſine corruptiōne ſui edendū diſtribueret. et tn̄ ipē q̄ dedit et q̄ dabatur. q̄ portauit ⁊ q̄ portabatur idem eſſ; Quid mirū eſt ſi dr̄. q̄ ipē in eo q̄d dabat mortalis fuit.et in eo q̄d dabat̄ imortalis fuit.et tn̄ ipē q̄ mortalis dabat.⁊ q̄ immortalis dabat̄.non duo ſed vnus fuit ipē. Quō enim imortalis nō dabat̄ q̄ inuiſibiliter ſumebat̄:et incorruptibilit̄ mādūcabat̄. Inuiſibiliter ſumebat̄ q̄ntū ad formā dico ꝓpriam corpis ſui.nō q̄ntū ad ſpeciē ſacramenti ſui. Inuiſibiliter enim ſumebat̄. q̄a in eo q̄d ſumebat̄ q̄d ipē erat non videbatur. Chriſtꝰ enim ſumebat̄.et ſpecies panis ⁊ vini tantū videbat̄. Ideo dico inuiſibiliter ſumebat̄.et q̄d erat nō videbat̄. Si ergo in eo q̄d dabat q̄ ipē erat videbat̄.et in eo q̄d dabat̄ q̄ erat ipē nō videbat̄. Et ſi in eo q̄d dabat tenebat̄ et crucifigebat̄.et in eo q̄d dabatur frangebat̄ et nō diuidebat̄.edebat̄ et nō corrūpebat̄. Quid miraris ſi i eo q̄d dabat mortalis dr̄.et in eo q̄d dabat̄ immortalis ⁊ ipaſſibilis fuiſſe ꝑdicat̄ Hec tn̄ ſic dicta ſint vt nemini in eo q̄d latet ꝑiudiciū fiat

## Si corpꝰ chriſti fuit quod iudas per intinctam buccellā accepit. Capitulum. IIII.

**Verunt et hoc.**

q Utrū corpꝰ xp̄i illud fuiſſe credēdū ſit q̄d ipē traditori ſuo ꝑ intinctā buccellā porrexit. Cū intinxiſſ; inq̄t iħs panē.dedit iude ſimonis ſcariothis. S; vt dicit beatus augꝰ. Non ſicut putāt quidā negligenter legentes tūc iudas xp̄i corpꝰ accepit. Intelligendū eſt enī q̄ iam oibꝰ eis diſtribuerat ſacramentū corpis et ſanguinis ſui.vbi et ipē iudas erat.ſicut ſanctꝰ Lucas euidētiſſime narrat. Ac deinde ad h̄ ventū eſt vbi ſ͛m narratōem Iohannis apertiſſime ꝑ buccellā intinctā atq; porrectā.ſuum exp̄mit traditorē. Fortaſſis ꝑ panis intinctiōnē illiꝰ ſignificans fictionē. Non ei omia q̄ tingunt̄ abluunt̄.ſed vt inficiant̄ nonnulla tingunt̄. Si aūt bonū aliq̄d ſignificat hec intinctio.eidem bono ingratū.nō imerito ſecuta ē damnatio.⁊ h̄ q̄dem verba ſūt beati auguſtini ſup eo q̄d queſitū eſt.ſi iudas in buccella corpꝰ xp̄i accepit. Ex eo tn̄ q̄d traditori ſuo dn̄s ad notandū eū.buccellā intinctā dedit.cōſuetudo h; vt corpꝰ xp̄i fideles intinctū nō accipiant.

## Q; agnus paſcalis figura corporis chriſti fuit. Cap. V.

**Icut circumciſio**

ſ olim q̄ntū ad effectū remiſſionis peccatorū baptiſmi vicē gerebat. Mare rubrū aūt eiuſdē ſimilitudinem ⁊ figuram ꝑferebat.ita agnꝰ paſcalis cuiꝰ carnes a populo edebant̄. et ſanguine poſtes domorum ſignabant̄.in figura ſacramēti corporis xp̄i ꝓceſſit. Poſtq̄; aūt veritas venit. ſignū e medio ſublatum eſt.ex quo iam nō erat res q̄ futura ſignificaret̄.ſ; q̄ p̄ſens ꝑciperet̄.manſit tn̄ figura q̄;diu res nondum fuit.et exhibitu; ꝑus eſt in ſimilitudine. q̄d poſtmodu; complendum erat in veritate. Egiptus mundꝰ.exterminator dyabolus. agnus chriſtꝰ.ſanguis agni paſſio chriſti. domus animarū corpa.domus cogitationū corda. Hec ſanguine tingimꝰ.ꝑ paſſionis fidem.illa ſanguine tingimꝰ.ꝑ paſſiōis imitationē.crucis ſignū intus et foris opponētes ꝯtra aduerſarias poteſtates. Deniq; carnes agni comedimus.q̄n in ſacramento verū corpus eiꝰ ſumendo ꝑ fidem ⁊ dilectōnē xp̄o incorporamur. Alibi quod manducat̄.incorporat̄. Quando autē chriſti caro manducat̄.nō q̄d manducat̄.ſed q̄ manducat.ei quem manducat incorporat̄ Idcirco voluit xp̄s a nobis manducari.vt nos ſibi incorporaret.hoc eſt ſacramentu; corpis xp̄i. et res ſacramenti corporis xp̄i. q̄ manducat et incorporat̄ ſacramentu; h; ⁊ rem ſacramenti habet. Qui manducat et nō incorporatur.ſacramētū habet.ſed rem ſacramenti nō habet. Sicut q̄ incorporat̄. et ſi manducare nō ꝯtingat.rem ſacramēti habet.q̄;uis ſacramentū nō habet. Qui ſumit.ſacramentū habet Qui credit ⁊ diligit rem ſacramenti habet. Melius ergo illi eſt q̄ credit et diligit.etiā ſi ſumere et māducare non poſſit.q̄; illi q̄ ſumit et manducat et non credit nec diligit.vel ſi credit.non diligit.

## Q; ſacramentum altaris et figura eſt quantum ad panis et vini ſpeciem. et res eſt quantum ad corporis chriſti veritatem. Cap. VI.

**Unt qui ex qui**

ſ buſdā ſcp̄turarum locis munimētū erroris ducere putauert. dicenteſ in ſacramento altaris veritatē corpis ⁊ ſanguinis xp̄i non eſſe.ſed imaginē illiꝰ tantu; et ſpeciem et figuram. Propterea q̄ ſcp̄tura aliquotiens dicat.q̄d q̄d in eukariſtia altaris ſumitur.imaginem illiꝰ eſſe vel ſpeciem q̄d in participatōe xp̄i iħu ꝑcipietur. Qui ꝑfecto in hunc erroris laqueū nō inciderent.ſi vel ſacramenta dei recta ⁊ humili fide ſuſciperent.aut ſcp̄turas ꝯuenienti intelligentia tractarent. Nunc aūt q̄ in ſacramentis dei ſenſum ſuū fidei p̄ferunt.in ſcripturis ſacris ſanū interp̄tatōis formā tenenere ꝯtemnunt.et fit vt ſermo veritatis amplꝰ eos caligare faciat.dum non recte intellectꝰ errorem ꝑ veritate miniſtrat. Quod tn̄ ſcp̄ture vicium non eſt.ſed legentium et non intelligentium cecitas. Neq; ſacramētorum dei ꝯfuſio.ſed p̄ſumentiū prauitas. Hi āt periculoſe errauerūt tot manifeſtis ſententijs et aſſertionibꝰ non dubijs quedam ambigua p̄ferentes.et in ipīs magis mendaciū q̄; veritatem eligentes. Non q̄ hoc ibi magis dicebatur.ſed q̄ h̄ ab illis magis credebat̄. Quid enim? Nunq̄d ideo ſacramentū altaris veritas non eſt.q̄ figura eſt Ergo nec mors chriſti veritaſ eſt.q̄ figura eſt.⁊ reſurrectio xp̄i veritas non eſt. q̄ figura eſt. Nam et mortem xp̄i et reſurrectiōe; figuram eſſe et imaginem et ſimilitudinem et ſacramentū et exemplum Apoſtolꝰ manifeſte declarat dicenſ. Chriſtꝰ mortuus eſt pro delictis noſtris.et reſurrexit ꝓpter iuſtificatiōe; noſtrā.vt peccatis mortui iuſticie viuamꝰ Et apoſtolꝰ petrus dicit. Chriſtus paſſus eſt pro nobiſ.vobis relinquēs exemplū vt ſequamini veſtigia eiꝰ. Ergo mors xp̄i exemplū fuit vt peccato moriamur.⁊ reſurrectio eius exemplum fuit.vt iuſticie viuamꝰ. Nunq̄d ideo veritas nō fuit. Ergo xp̄s vere mortuus non fuit.et vere non reſurrexit.ſi mors eꝰ vel reſurrectio vera non fuit. Abſit. Nam de ipo ſcp̄tū eſt. Uere languores noſtros ipē tulit.⁊ dolores noſtros ipē portauit. Ergo mors xp̄i vera fuit.et tn̄ exemplū fuit.et reſurrectio eꝰ vera fuit.et exemplum fuit. Quare ergo ſacramentu; altaris ſimilitudo eē nō poteſt et veritas. In alio quidem ſimilitudo.in alio veritas.

## Tria eſſe in ſacramento altaris. panis et vini ſpecie;. corporis chriſti veritatem. gratiam ſpiritualem. Capitulum. VII.

**Am cu; ſit unum**

n ſacramentu;.tria ibi diſcreta ꝓponunt̄. Species videlicet viſibilis. et veritas corporis.et virtus gratie ſpūalis Aliud eſt eni; viſibilis ſpecies q̄ viſibiliter cernitur.aliud eſt veritas corpis et ſanguinis.que ſub viſibili ſpecie inuiſibiliter credit̄ Atq; aliud gratia ſpūalis.que cum corpore ⁊ ſanguine inuiſibiliter et ſpūaliter ꝑcipitur. Quod eni videmꝰ ſpecies panis ē ⁊ vini. Q̄d āt ſub ſpecie illa crediꝰ verū corpꝰ xp̄i ē et verꝰ ſanguis iħu xp̄i.q̄d pepēdit i cruce et qui fluxit de latere. Nec ꝑ panem ⁊ vinū corpꝰ ⁊ ſanguinē tantū ſignificari credimꝰ ſed ſub ſpecie panis et vini verum corpus ⁊ verū ſanguinē ꝯſecrari.et ſpeciem quidem viſibilem ſacramentum eſſe veri corporis ⁊ veri ſanguinis.corpus aūt et ſanguinem ſacramentum eſſe gratie ſpūalis. Et quemadmodū ſpecies illic cernit̄.cuiꝰ res vel ſubſtantia ibi eſſe non creditur.ſic res ibi veraciter ⁊ ſubſtantialiter preſens creditur.cuiꝰ ſpecies non cernitur. Uidetur eni; ſpecies panis et vini.et ſubſtantia panis et vini nō credit̄. Creditur aūt ſubſtantia corporis et ſanguinis xp̄i.et tamē ſpecies non videtur.

Quod ergo videt̃ ſm ſpeciem ſacramẽtũ ẽ
et imago illiꝰ qd creditur ſm corporis veri
tatem Et qd creditur ſm corporis veritatẽ
ſacramentuꝫ eſt illiꝰ qd ꝑcipitur ſm gratiã
ſpũalem. Sacramentum ergo altaris ⁊ eu
kariſtia diuina in vero corpore ⁊ ſanguine
dñi noſtri iħu xp̃i imago eſt. ſm ſpecieꝫ pa
nis et vini in qua cernit̃. ⁊ res eſt ſm ſubſtã
tie ſue veritatẽ. in qua credit̃ illic atqꝫ ꝑcipi
tur. Et rurſum qd nunc viſibiliter ſm ſacra
menti ſpeciem. et corꝑaliter ſm carnis ⁊ ſan
guinis xp̃i veritatem xp̃um in altari ſumi
mus. ſacramentum eſt et imago ꝙ ipſum
eundem inuiſibiliter et ſpũaliter ſm gratie
infuſionem. et ſpũſſancti participationem
in corde ſumere debemꝰ Ergo diuiniſſima
eukariſtia que in altari et ſm panis ⁊ vini
ſpeciem et ſm corporis ⁊ ſanguinis xp̃i veri
tatem viſibiliter ⁊ corporaliter tractat̃ ſacra
mentum eſt et ſignum et imago inuiſibilis
et ſpũalis participationis iheſu que intus
in corde per fidem et dilectionẽ perficitur.

### Quare ĩ ſpecie panis et vini chri ſtus ſacramentum corporis et ſan guinis ſui inſtituit. Cap. VIII.

Oluit eniꝫ ſapien
v tia dei ꝙ ſe per viſibilia manifeſtat
oſtendere quoniã ip̃a animarum
cibꝰ et refectio eſt. et ꝓpterea carnẽ aſſũptã
in eduliuꝫ propoſuit. vt ꝑ cibum carnis ad
guſtum inuitaret diuinitatis. Sed ne rur
ſum humana infirmitas ꝯtactũ carnis in
aſſũptõne horreret cõſueti ⁊ ꝓ̃cipalis edu
lij ſpecie illam velauit. ⁊ ſic ſumendam pro
poſuit. vt ſenſus in vno foueretur et fides
in altero edificaretur. Fouetur eni ſenſus ĩ
vno. dum ſolita tantũ et ꝯſueta ꝑcipit. Edi
ficatur aũt fides in altero. dum in eo quod
videt quale ſit illud qd non videt agnoſcit.
Proponitur igitur ſpecies panis et vini.
vt doceatur plena et ꝑfecta refectio eẽ in ſũ
ptione corꝑis et ſanguinis chriſti. ex diuini
tate xp̃i. Plena aũt refectio cibꝰ et potꝰ eſt.
cibi autẽ et potꝰ panis et vinum ꝓ̃cipalis
ſubſtantia eſt. Et ꝓponitur ſpecies ex ꝓ̃ci
pali ſubſtantia refectõis. vt in ea ſumatur.
et ꝑ eam v... tas corꝑis ⁊ ſanguinis chriſti
ſignificaret̃. ſicut ip̃e teſtatur dicens. Caro
mea vere eſt cibus. ⁊ ſanguis meꝰ vere ẽ po
tus. Que tamen corꝑis et ſanguinis ſum
ptio. qꝛ ſola ſine ſpũali effectu ſalutem non
ꝯferat. idem ip̃e ſaluator manifeſtat dicẽs.
Caro nihil prodeſt. ſpũs eſt qui viuificat.
Virtus ergo ⁊ plenitudo ſpũalis refectõis
ꝗ̃ in corꝑe xp̃i ⁊ ſanguine eſt. ꝑ ſpeciem qui
dem panis et vini ſignificat̃. In ꝑceptione
aũt gratie. infuſio interne et eterne refectio
nis ꝑficitur. et ſic quidem cum tria in vno
ibi ſint. in ꝓ̃mo quidem ſignũ inuenitur ſe
cundi. in ſecundo autem cauſa tertij. in ter
tio vero virtus ſecundi et veritas primi. et
hec tria in vno ſunt. et vnuꝫ ſacramentum.
Claret itaqꝫ quoniã diuiniſſime eukariſtie
ſumptio ſacramentuꝫ eſt. et imago partici
pationis iheſu. qꝛ hoc ꝙ eiꝰ ſacramentũ vi
ſibiliter ꝑcipimus. ſignum eſt ꝙ ei ſpũaliter
vniri debemus. Ipa autem eukariſtia. id ẽ
bona gratia. ip̃e ſcilꝫ hoſtia ſacra. diuiniſſi
ma vocatur. quoniam diuinos facit. ⁊ par
ticipes diuinitatis eos qui ſe digne partici
pant. Et quia ip̃a ſignum eſt et veritas in ꝗ̃
vera caro chriſti ſub ſpecie panis ſumitur.
et in carne eius digne ſumpta. ip̃ius etiam
diuinitatis ſuſceptio et participatio et con
ſortium condonat̃. propterea diuiniſſima
et ſanctiſſima ⁊ ſanctificans ſanctificantia
omnia et ſancta.

### Qualis intelligenda eſt mutatio panis et vini in corpus chriſti. Capitulum. IX.

Er uerba ſanctifi
p catõis vera panis et vera vini ſub
ſtantia. in verũ corpꝰ et ſanguineꝫ
xp̃i ꝯuertit̃. ſola ſpecie panis ⁊ vini remanẽ
te. et ſubſtantia in ſubſtantiã tranſeũte Cõ
uerſio aũt ip̃a nõ ſm vnionem. ſꝫ ſm tranſi
tionẽ credẽda eſt. quoniã nequaꝗ̃ꝫ eſſentia
eſſentie in augmentum accedit. vt ꝑ id qd
accedit id ad qd accedit maiꝰ fiat. ſed tranſi
tõne vt id quod accedit. cum illo ad qd ac
cedit vnum fiat. Nec ſic in pane chriſti cor
pus conſecrari dicimꝰ. vt de pane corpus
xp̃i eſſe accipiat. nec quaſi nouũ corpꝰ ſubi
to factũ de mutata eſſentia. ſed in ip̃m cor
pus verũ mutatam eſſentiam. Nec ipſam
ſubſtantiam panis et vini in nihiluꝫ reda
ctam. quia deſijt eſſe quod fuit. ſed mutatã
potiꝰ. quia cepit eſſe aliud quod non fuit.
et ip̃m quod cepit eſſe ex ea eẽ non accepit.
quia ꝓ̃us panis fuit. Sed ipſa eſſe accepit
quando deſijt eẽ quod fuit. Hoc expreſſiꝰ
diſtinctimꝰ propter eos qui ex ſua ratione
fidei preiudiciũ faciunt. et ſenſu ſuo incedẽ
tes aſſerere nituntur. vel hoc eẽ ſoluꝫ quod
cernitur. vel tale eẽ quod creditur. hoc ẽ qꝛ
ſola panis et ſpecies vini cernitur. ſolaꝫ ibi
eſſe panis et vini ſubſtantiam. vel quia ibi
ſubſtantia corporis ⁊ ſanguinis chriſti cre
ditur paſſibiliter et ineſſe ſpeciem et quali
tatem panis et vini. que cernitur quaſi nõ
poſſit ſpecies apparere cuius non aſſit ſub
ſtantia. vel ſubſtantia latere. cuiꝰ non appa
reat forma.

### Quid ſignificent tres portiones ille que de corpore chriſti in ſacra mento altaris fiunt. Capitulum. X.

Res portiones ꝗ̃
t in altari fiunt de corꝑe xp̃i miſticã
ſignificationem habent. Eſt eĩ cor
pus chriſti vniuerſa eccleſia. caput ſuũ cuꝫ
membris. ⁊ inueniuntur in corpore iſto ꝗ̃
tres partes ex quibus totum corpus ꝯſtat
Vna pars eſt ip̃um caput. Caput enim et
ip̃m caput eſt. et pars ſimiliter corꝑis. Ita
qꝫ caput ip̃um pars corporis vna eſt. Alia
pars corporis eſt in membris illiſ. que iam
ſecuta ſunt caput. ⁊ ſũt cum ip̃o capite. vbi
eſt ip̃m caput. ſicut ſcp̃tum eſt. Vbicũqꝫ fu
erit corpus. illuc ꝯgregabuntur et aquile.
Illi ergo qui iã de hac vita exiuerunt. quo
rum corpora in ſepulchriſ requieſcũt ⁊ ani
me cum chriſto ſunt. iſti ſunt pars corporiſ
altera. et ſunt quaſi ſimul due partes iſte.
caput ſcilicet et hec altera pars corporis.
Propterea in altari due partes ſeorſum re
ſeruantur extra calicem. quaſi extra paſſio
nem. quoniam ipſum caput iam ĩmortale
et impaſſibile de morte reſurrexit. amplius
non moriturum. neqꝫ paſſurum amplius.
et ſimiliter illi qui de hac vita egreſſi ſũt ſã
cti et cum ip̃o capite ſuo iam gloriantur et
gaudent expectantes ⁊ ip̃i reſurrectionem
carnis ſue ⁊ immortalitatem. iam neqꝫ do
lorem neqꝫ paſſionem ſentiunt vllam. ⁊ ſũt
ſimul iſte due partes extra calicem et extra
paſſionem. quoniam hec priora tranſierũt
Tertia pars in calice ponitur ſignificans
eos qui adhuc viuũt in paſſione. donec ip̃i
ab hac vita exeant et tranſeant ad caput ſu
um. vbi amplius nec moriantur nec patiã
tur.

### Q, corpus chriſti qñ̃do diuidi videtur ſcdm̃ ſolam ſpeciem diui ditur. ſcdm̃ autem ſe integruꝫ ma net. ac ſic in ſingulis partibus totũ ſicut in diuerſis locis vnum et ideꝫ ipſum eſt. Capitulum. XI.

Oli autem puta
n re quando partes vides in ſacra
mento altariſ quaſi diuiſum ſit vl'
ſeparatuꝫ a ſe. aut velut per membra diſcer
ptuꝫ corpus chriſti. Ipſe integer manet in
ſe. nec diuiditur. nec partitur. ſed tibi ſcdm̃
ſpeciem exhiberi oportebat. quod ad miſti
cam ſignificationeꝫ pertinuit. Monſtrat
ergo tibi foris ſpeciem. in qua ſenſus tuus
erudiatur. et ſeruat intus corporis ſui ĩcor
ruptionem in qua vnitas eius non diuidi
tur. Videtur pars vna. et quaſi pars eſſe vi
detur. et totum ibi eſt. Et pars altera vide
tur. et quaſi altera videtur. et idem eſt et to
tum ipſum. Et ſi tertia pars videtur ſimili
ter. idem ipſum eſt et totum. Totum hic et
totum ibi. nec minus ĩ parte ꝗ̃ꝫ in toto. nec
maius in toto ꝗ̃ꝫ in parte. Quotcunqꝫ par
tes feceris. in ſingulis totum eſt. Nec mi
reris. opus dei eſt hoc. Si in diuerſis
locis poteſt eſſe vnus. quare etiam non
in ſingulis partibus poteſt eſſe totus.

Utrunq; mirũ eſt.ſed non ideo falſum eſt
q: mirũ eſt.Et verum eſt.q: mirum eſt.nec
tñ ſic mirũ eſt. quia opus dei eſt.Nõ ẽ mi
rum.ſi mirabilis mirabilia operat᷑. Quo
modo inquis corpus vnum . eodem tem
pore in diuerſis locis eſſe poteſt. Hic eſt.
ibi eſt.et totũ vtrobiq; eſt.et ĩ multis locis
ſimiliter. Noli mirari.Qui locu; fecit cor
pus fecit.et locum in corpore.et corp⁹ in lo
co.Et q̃ fecit vt vnũ corp⁹ in vno loco eſſet
fecit ſicut voluit.et ſi voluiſſet aliter facere
potuiſſet. Nam et qñ vult aliter facit.et eſt
ſicut ipe vult ſemper. Quia autẽ ſicut ipe
fecit vt corpus vnum in loco vno eſſet . tu
quod factum eſt vidiſti.⁊ neſcis aliud.niſi
quod factũ eſt vidiſti. Idcirco miraris qñ
aliud vides vel audis q̃; videre et audire
ↄſueuiſti. Ipe autem non miratur quãdo
aliud facit q̃; quod facere conſueuit . quia
quando illud fecit ſciuit.et tunc quide; ali
ter facere potuiſſet ſi voluiſſet. Idcirco cu;
quid mirari ceperis.et dixerit forte tibi co
gitatio tua.quomodo hoc eſſe poſſit.cogi
ta facientem.⁊ deſinet eſſe mirabile quicq̃d
illud fuerit.Et ſi forte mirabile non eſſe de
ſierit.tamen incredibile non erit. Si factor
omnipotens cogitatur.non erit impoſſibi
le quicquid erit.

Q; ea que in corpore chriſti in-
digna videntur ſcd̃m ſpeciem ſolã
fiant. Capitulum.XII.

## Q Uod ſi cõtingat

aliquando ſicut contingere ſolet.
vt videas aliqua fieri ĩ h̃ ſacramẽ
to que minus digna eſſe videbuntur . noli
horrere. Sola ſpecies que apparet h̃ habet
Tibi monſtrat ſpeciem.ſibi ſeruat veritatẽ
Exhibet ſenſui tuo ſimilitudinem cibi cor
poralis.vt ſenſus tuus per om̃ia ĩ ſuo eru
diatur.ſuat corpori ſuo veritatem nature
inuiolabilis et immortalis.ne in ſuo corrũ
patur.Si in aliquo a ſimilitudĩe recederet
verũ ſacramẽtũ non eſſ;.et ꝓderet ſe tibi.et
tolleret locũ fidei.neq; iam crederet᷑.ſi vide
ret᷑.Qd̃ ita fieri nõ oportet. Itaq; q̃ntũ ad
nos ſeruat ꝑ oĩa corruptibilis cibi ſilitudi
nẽ.⁊ tñ nõ amittit q̃ntũ ad ſe inuiolabilis cor
poris veritatẽ. Videt᷑ corrodi.⁊ manet ĩcor
rupt⁹. Videt᷑ affici vel maculari.⁊ ꝑſeuerat
inuiolat⁹. Suſtinet h̃ fieri circa ſe.ne ſenſ⁹
noſter aliq̃d alienũ ꝑcipiat.ſ; nõ recipit h̃ ĩ
ſe ne ĩcorruptibil' nat̃a ſinceritatẽ ſuã amit
tat. Tãta ẽ dignitas et mũdicia corp̃is xp̃i.
vt nec corruptõe aliq̃ affici poſſit.nec ſordi
bus maculari. Itaq; ſi qñ h̃ fieri videris no
li timere ip̃i.ſ; ſollicit⁹ eſto tibi. Ipe ledi nõ
p̃t.tu noceri potes.q̃ male credere potes

Quid fiat de corpore chriſti et d̃
corporali preſentia ei⁹ poſt ſumpti
onem ſacramenti. Cap.XIII.

## D Eo fortaſſis iterũ

dic tibi cogitatio tua.q̃d fiat de cor
pore xp̃i poſtq̃; ſũptũ fuerit et co
meſtũ. Tales ſũt cogitatõnes hoim. vt vix
quieſcere velint.in his maxime q̃ querẽda
nõ ſũt. Dicit ergo tibi cor tuũ. Quid factũ
eſt de corp̃e xp̃i poſtq̃; illud ſũpſi et mãdu
caui? Audi ergo Corporalẽ p̃ñtiam chriſti
queris. In celo quere .ibi chriſt⁹ eſt ad dex
teram patris ſedens. Tecum ad temp⁹ eſſe
voluit.quando aut q̃;diu neceſſe fuit.Exhi
buit tibi ad temp⁹ corꝑalem p̃ñtiam ſuam
vt ꝑ illam te ad ſp̃ũalem excitaret. Ideo cor
poraliter ad te venit.et exhibuit tibi ad tem
pus corporalem preſentiam ſuã.vt ꝑ illam
ſpiritualis inueniretur que non auferetur.
Ita ꝑ carnẽ aſſumpta; olim in mundũ ve
nit.et ſm̃ p̃ſentiam corporalem ad tẽp⁹ cu;
hominib⁹ ↄuerſat⁹ eſt.vt eos ad ſpiritualẽ
p̃ſentiam querendam ⁊ inueniendam exci
taret. Poſtea cõpleta diſpenſatiõe ſm̃ cor
poralẽ p̃ñtiam receſſit.⁊ ſm̃ ſp̃ũalẽ p̃ñtiam
remanſit. Nam vt oſtenderet q᷑ ſm̃ ſp̃ũalẽ
p̃ñtiam nõ recedebat.qñ ſm̃ corporalẽ pre
ſentiam abire diſponebat;ait. Ecce ego vo
biſcum ſum omnibus diebus vſq; ad con
ſummationẽ ſeculi. Sic ergo in ſacramẽto
ſuo modo temporaliter venit ad te.et ẽ cor
poraliter tecu;.vt tu ꝑ corporalem p̃ſentia;
ad ſp̃ũalem querendam excitaris . et inue
niendam adiuueris . Quando in manib⁹
ſacramentũ ei⁹ tenes.corporaliter tecũ eſt.



Quando ore ſuſcipis.corꝑaliter tecum eſt
Quando mãducas.et qñ guſtas. corpora
liter tecũ eſt. Deniq; in viſu in tactu ĩ ſapo
re.corꝑaliter tecu; ẽ. Quãdiu ſenſus corpo
raliter afficit᷑.p̃ſentia ei⁹ corporalis non au
fertur. Poſtq̃; aũt ſenſus corporalis ĩ per
cipiendo deficit.deinceps corꝑalis p̃ſentia
querenda non eſt.ſed ſp̃ũalis retinẽda. Di
ſpenſatio completa eſt.ꝑfectũ ſacramentũ
intus manet.chriſtus de ore ad cor tranſit.
Meli⁹ eſt tibi vt eat in mentem tuã.q; ĩ vẽ
trem tuũ. Cibus iſte aĩe.non corp̃is eſt . no
li in ip̃o querere ↄſuetudinẽ cibi corporaliſ
Venit ad te vt comedat᷑.non vt ↄſummat᷑ .
Venit ad te vt guſtetur.non vt incorporet᷑.
Auguſtinus vocem de celo audit.q: hoc a
terrenis illi dici aut reſponderi non potuit
Cibus ſum grandium . creſce et manduca
bis me. Non vt me mutes in te.ſicut cibum
carnis tue.ſ; tu mutaberiſ in me. Itaq; pru
denter diſcerne quid in ſacramento dei ſen
ſui exhibitũ ſit.quid ſpiritui accõmodatu;
etiam vt ſolet ſi poſt completam perceptio
nem aliquid iterato ſenſeris.in hoc quoq;
ſpecies ad ꝓprietatẽ ſenſui famulat᷑.vt veri
tas ſimilitudinis vbiq; ↄſeruetur. Nam ſi
in aliquo q̃ntum ſc; ſenſui exhibendum eſt
ſimilitudo deficeret.illic proculdubio ſacra
mentũ non eſſet.ſed res ip̃a proderet᷑ et ma
nifeſtaretur euidenti miraculo.quod non
conuenit q̃;diu fides locum habet. Poſt
hoc ergo ſi corꝑalem p̃ſentiam chriſti que
ris. in celo quere . Ibi quere vbi et p̃us fuit
q̃; per ſacramentum ſuum corporaliter te
cum eſſe inciperet.et vnde nõ diſceſſit quan
do ad te venit.

Q; celebratio conſecratõis cor
poris chriſti miſſa vocatur et quan
do miſſa vocatur et vnde miſſa pri
mũ inſtituta ẽ et vnde miſſa dicitur
Capitulum.XIIII.

## C Elebratio miſſe ĩ

cõmemoratõ; paſſiõis xp̃i agitur
Sic ip̃e ꝑcipit ap̃lis tradẽs eis cor
pus ⁊ ſanguinẽ ſuũ dicẽs. Hoc facite ĩ meã
cõmemoratõe;. Hãc miſſã btũs petr⁹ apo
ſtol⁹ p̃in⁹ oĩm antiochie d᷑ celebraſſe.ĩ qua
tres tantũ orõnes in initio fidei dicebãtur.
incipientes ab eo loco vbi d᷑ Hãc igit᷑ obla
tionẽ. Cetera ãt poſtea a ſctis patrib⁹ diuer
ſis tp̃ib⁹ diuerſa adiecta ſũt. Miſſa ãt dicta
ẽ q̃ſi trãſmiſſa.vel q̃ſi trãſmiſſio . eo q᷑ ꝓplus
fidelis ꝑ miſteriũ ſacerdotis q̃ mediatoris
vice fungitur.īter deũ et hoĩes p̃ces et vota
et oblationes deo tranſmittat. Ipa eni; ho
ſtia ſacra miſſa vocari poteſt. q: trãſmiſſa
eſt.p̃mum ſc; a patre nobis vt nobiſcũ eſſet
Poſtea a nobiſ patri.vt apud patrem pro
nobis intercederet. Primu; a patre nobis
ꝑ incarnationẽ. Poſtea patri a nobis per
paſſionem. Modo ĩ ſacramẽto p̃mũ a prẽ
nobis ꝑ ſanctificatõe; q̃ nobiſcũ eſſe ĩcipit .
poſtea patri a nobis ꝑ oblatõe;.q̃ ꝓ nob in
tercedit. Vel miſſa dicta ẽ ſicut quidam pu
tant ab emittẽdo.quia tempore q̃ ſacerdos
incipit conſecrare corpuſ dñi.cathecumini
foras emittuntur. Lecto eñi euangelio dya
conus clamat. Si quis cathecumin⁹ adeſt
exeat foras. Cathecumini ſacris myſterijs
intereſſe non debent q̃ nõ niſi baptiſatis et
xp̃ianis cõmittuntur. Sicut de quibuſda;
q̃ cathecuminoꝝ et nondũ renatoꝝ tipum
gerebant. Scriptum eſt. Ipe autẽ ih̃s non
credebat ſe illis.

Pars nona.

De ſacramentis que ad exerci
tationem inſtituta ſunt que omnia
ſanctificantur per verbum dei.
Capitulũ primũ.

## S Unt queda;

ſacramenta in eccl̃ia ĩ q̃bus
et ſi p̃ncipaliter ſalus non
cõſtet.tñ ſalus ex eis auget᷑
inq̃ntu; deuotio exercetur
hec licet in p̃ſenti om̃ia enarrari nõ poſſũt.
queda; tamen intermittere nõ oportet pro
exemplo vniuerſorum . Ex his ergo ſacra
mentis alia conſtant in rebus . qualia ſũt
aqua aſperſionis . ſuſceptio cineris. bene
dictio ramoru; et cereorum. et cetera talia .

Alia aũt ꝯſtant in factis.qualia ſunt ſigna-culum crucis.inſufflatio exorcizationis.ex-panſio manuum.incuruatio genuũ.⁊ alia eiuſmodi.Alia in dictis conſtant.ſicut eſt tri-nitatis inuocatio.et quecunq̃ȝ in hunc mo-dum.Hec autem omnia ꝑ verbum dei ſan-ctificantur.ſiue per prolationem verboꝝ diuina virtute inuocata ſanctificentur.ſiue ſola fide exhibita.per eandem diuinam vir-tutem ſanctificatõis effectuȝ accipiãt. Ubi enim vera fides eſt.verbum dei deeſſe non poteſt.quia ipm verbum fide concipitur. et per fidem operat̃.Omnia inquit apoſto-lus quecũq̃ȝ facitis.in noĩe dñi facite. Nõ aũt conueniẽs eſt.vt intelligamus apoſto-lum precepiſſe.q̄ i omnibꝰ operibꝰ noſtris verba proferemus.ſed vt in operibus nris omnibus fidem rectam teneremus. Ille eñ in nomine dñi omnia que facit operatur.q̃ ꝑ rectam fidem agnoſcit ſe nec ſine illo ali-quid boni poſſe facere.et ſi aliq̃d fecerit lau-dabile extra illum gloriari nõ debere. Qui fideliter in omni opere ſuo et ante factũ ab illo auxiliũ querit.⁊ poſt factũ totũ q̃d ope-ratus eſt bonũ.ad laudẽ et gloriã eiꝰ ꝯuer-tit.Sicut ergo omnia que facimꝰ ſola fide etiã ſine prolatione verboꝝ i noĩe dñi recte fieri dicunt̃.ſic et quedam ſacramenta ſine ṽboꝝ ꝓlatione ꝑ ſolam fidem ſanctificant̃. Nam ipa verba aliq̃ñ ſacramenta ſũt.q̃ tñ ex alijs verbis ſanctificationẽ nõ accipiunt Nullum tñ ſacramentũ ſine illo verbo ſan-ctificatur q̃d ſiue ſola fide.ſiue ex fide ⁊ pro-latione verboꝝ inuocatur omnẽ ſanctifica-tionẽ operatur.

De aqua aſperſionis que cuȝ ſa-le benedicitur. Cap.II

Lexander papa
a qntus a beato petro cõſtituit.vt ſal et aqua benediceret̃ ad aſper-gendum populum et habitacula eoꝝ. Illo vtiq̃ȝ exemplo q̃ heliſeus ꝓpheta ſal i aquã miſiſſe legitur.vt hoc condimento fontes amari i dulcedineȝ verterẽt.Hac igit̃ aqua ſanctificata fideles aſpergunt̃.et habitac̃la fideliũ luſtrant̃ ab illuſione et infeſtatione malignoꝝ ſpirituũ.Hec ẽ aũt ſignificatio hꝰ ſacramenti.q̄ aqua penitentiã ſignificat d̃ ꝓteritis.ſal diſcretionẽ et cautelã de futuriſ. q̄ duo ſi ſimul miſceant̃ amara ꝯſcientia in dulcedinẽ vertit̃ atȝ illuſiones ⁊ infeſtatõeſ demonũ ampliꝰ et nõ dñant̃. Nos itaq̃ȝ ſu-pradictã inſtitutõeȝ ſicuti ꝑ ſingulos dies dñicos ſal et aquã ſil̃ miſcendo bñdicimꝰ.vt hac aſperſione fideles ⁊ habitacula fideliũ ꝯtra ſpũales nequicias muniamꝰ.

De ſuſceptõe cineris. Cap.III.

Cclesiaſtica iſtitu
e tio habet.vt ꝑ ſingulos annos in initio q̃dragesime q̃d caput ieiu-nij d̃r.quarta feria qñ ieiuniũ votiuũ ſuſci-pit.cinis ꝯſecratꝰ capitibꝰ fideliũ iponatur ſcȝ ob recordatõeȝ mortalitatis nrẽ. vt mor-talis hõ q̃ tũc ex habitu penitẽtie et recorda-tione peccatoꝝ ſuoꝝ ad deuotõeȝ cõpungi-tur.ꝑ memoriam etiaȝ ꝯditionis ſue humi-lietur propter quod ei dicitur. Memento quia cinis es et in cinerem reuerteris.

De ramis palmarum et frondi-bus benedicendis. Cap.IIII.

Abet etiam eccle-
h ſiaſtica ꝯſuetudo.vt i dñica q̃ pro-xima ẽ ante ſolennitatẽ paſcalẽ ra-mi palmarũ et frondes arboꝝ bñdicantur et ꝓplo portandi diſtribuant̃ in figurã eoꝝ q̄ dño ihũ eodẽ die hieroſolimã aſcendenti cũ ramis palmarum et frondibus arboꝝ virentibus cantantes et laudantes occur-rerunt. In quo non ſolum nobis id quod illi tunc corporaliter fecerunt.corporaliter faciendũ ꝓponitur.ſed id potꝰ q̃d vel i illo vel in iſto corꝑali facto ſpũaliter imitandũ ſignificat̃. Palma quippe ſignum victorie eſt.rami aũt virentes bona opera ſignificant Tũc igit̃ xp̃o cum ramis palmaꝝ ⁊ frõdibꝰ occurrimꝰ laudãtes.qñ ipm mortis triũphatorẽ bonis opibꝰ et digna gratiarũactione laudamꝰ.

De cereo qui in ſabbato ſctõ be-nedicitur.et de agnis qui benedicũ-tur in paſcha. Capitulum.V.



Ozimus papa cõ
z ſtituit cereũ magnũ i ſabbato ſctõ paſce bñdici.quem dyaconꝰ acce-pta bñdictiõe a ſacerdote.bñdicit. Hic cere-us xp̃m deſignat.in cera hũanitatẽ.in igne diuinitatẽ. Qui cathecumioſ ad baptiſmũ ꝓcedit illuminãs.ſic olim i colũna ignis fi-lios iſrl̃ mare rubrũ trãſeũtes ꝓceſſit.ꝑ ignẽ illuminãs.⁊ obumbrãs ꝑ nubẽ. Sub eadẽ figura iuxta ꝯſuetudinẽ antiquã in die pa-ſcali i eccia romana agni cerei bñdicũtur ⁊ ꝓplo diſtribuunt̃.

De ſignis quoꝝ ſonitu fideles in vnũ conuocantur. Cap.VI.

Ignorum uſus a
s veteri teſtamento aſſũptꝰ ẽ.vbi tu-be argentee a dño ductiles fieri ꝓ-ciũt̃.quibꝰ multitudo ꝓplĩ ꝯuocari debuiſſȝ Ad ſimilitudineȝ harũ tubarũ ſigna ex me-tallo eris in eccia facta ſũt ad corda fideliuȝ excitanda.⁊ vt ꝑ ea ſignũ detur qñ debeant in vnũ ꝯuenire. Uaſa iſta metallina.ora ꝓ-dicantiũ ſignificant. Plectra ferrea quo i-terius tundunt̃.vt ſonũ emittant.ligue ſũt eorundẽ. Funis aũt menſura vite eſt.et con-uerſationis modus.q̃ in ſcp̃tura ꝓponitur Funis manu tenet̃.qñ ſcp̃tura manibꝰ ad-impletur. Funem ſurſum ſequit̃.qui ductu ſacre ſcp̃ture ad bona eleuat̃. Funeȝ deorſuȝ trahit.q̄ eadem docente q̃ntũ in malis preſ-ſus iaceat.agnoſcit. Iſte aptꝰ eſt populum dei in vnũ ꝯuocare.q̄ et eleuatꝰ opere exem-pla bonitatis oſtendit.et inclinatus humi-litate infirmitateȝ ſuã veracit̃ agnoſcit. Si-gna ergo euangelica durabiliora ſũt ⁊ lon-gius audiuntur q̃ȝ tube legis.quia vox ve-teris teſtamenti ad tempꝰ tantũ iudeis iſo-nuit. Sonus autem euangelice predicatio-nis in omnes gentes ad fines orbis terraꝝ exiuit.et vſq̃ȝ in finem ſeculi non ceſſabit.

De cortinis Capitulum.VII

Ortina que ante
c ſancta.i.inter ꝓplm et clerum pen-det velamẽ lrẽ ſignificat.ꝑ q̃d hiis q̄ ſub lege erant.veritaſ adhuc euangelij tegebat̃. Cor-tina illa q̄ inter ſancta et ſancta ſanctoꝝ.h̃ ẽ. inter clerũ et ſanctuariuȝ ſuſpenſa ẽ. ſignifi-cat velamen mortalis nature.ꝑ q̃d a nobiſ etiã ſb̃ gratia poſitis adhuc ſecreta celeſtia abſcondũt̃. Primũ velamen eſt q̃d i morte xp̃i ſciſſum legitur. Secundũ velamẽ vſq̃ȝ ad tempꝰ reſurrectiõis nõ auferetur. Pro-pter h̃ in tempꝫe quadrageſime q̄ vitã pñiẽ ſignificat.vnũ tantuȝ velamen inter nos et ſancta ſanctoꝝ obpanditur.q̃d vſq̃ȝ ad diẽ reſurrectionis non aufertur.quia nunc lrã quidem reuelata eſt. ſed mortalitas nõduȝ ablata.que tñ omnis in futuro e medio tol-lẽda erit.cum mortale hoc induerit immor-talitatem.et corruptibile incorruptiõȝ. Tũc quidem reuelata facie ingrediemur.vel po-tius egrediemur ad gl̃am dñi ꝯtemplãdã. vt eum quem nunc ꝑ ſolã fidẽ agnoſcimuſ facie ad faciem videndo ſicuti eſt agnoſca-mus.

De alijs ſacramentis que i factis conſtãt Capitulum.VIII.

Ulta ſunt alia ec
m cleſie ſacramẽta rebꝰ vel factis ex-preſſa q̄ oĩa enumerari aut enar-rari hic nõ poſſunt. Multa eni ſunt.⁊ ideo pñtis ſermonis breuitas ea nõ capit. Inſuf-flatio in exorcizatõe.ṽtutẽ ſpũſſancti ſignifi-cat.qua veniente fugat̃ ⁊ ſubruit̃ ſpũs ma-lignus.ſicut ſcp̃tum eſt. Flauit ſpũs tuus ⁊ operuit eos mare.⁊ ſubmerſi ſũt q̄i plũbuȝ in aquis vehementibꝰ. Signaculũ crucis ṽtuteȝ paſſionis xp̃i oſtendit.h ergo qñ frõ-ti impmit̃.xp̃ianꝰ munit̃. Quando contra iminens periculum opponit̃.et aduerſaria virtus fugat̃.pmũ ad arma.ſecũdũ ad tela. Primũ ad defenſionẽ.ſecundũ ad impug-tionẽ. Tunſio pectoris compunctõem cor-dis deſignat. Pectꝰ tundit̃.vt cogitatõnes vane.et deſideria praua de corde pellantur Inclinatio capitis.genuuȝ incuruatio ſiue ꝓſtratio.hũilitatẽ ⁊ reuerẽtiaȝ.ſiue et venie poſtulatõȝ ſig̃ficat. Expãſio manuũ.carita-tẽ ⁊ affectꝰ boni amplitudinẽ demonſtrat.

De his ſacramentis que in verbis conſtant Cap. IX

a **Lia item ſūt ſacra**menta in ſola verborum prolatione expreſſa. que et ipa variam ſignificationem oſtendunt. Celeſtinus papa inſtituit. vt ex pſalmis dauidante ſacrificiuꝫ antiphone canerent̃. quod introitum dicimus. Collectas diuerſi compoſuerunt. precipue Gelaſius et Gregorius. Dominus vobiſcum ab antiquo vſu aſſumptum eſt. Booz meſſores ſuos ſalutans. hac ſalutatione vſus eſt. et pphēta in paralipomenō aſa regem et q̄ cum eo erant ſalutat dicens dominus vobiſcum. Primis temporibuſ ab epiſtola pauli miſſa incipiebatur. poſt quam euangelium ſequebatur ſicut nunc. Hymnꝰ angelicꝰ q̄ ad officiū miſſe in ſolennibꝰ diebꝰ recitat̃. ab angelis p̄mū decātatꝰ legit̃. cui ea q̄ adiecta ſūt a beato hilario pictauienſi addita credunt̃. a quo auctus eſt et ſicut nūc canit̃ ꝯſūmatꝰ. Simachꝰ auteꝫ papa in ordine q̄nquageſimu ſtertiꝰ iſtiuit vt hic hymnꝰ diebus dn̄icis et in natalicijs martyrū in eccl̄ia ad officiū miſſe decantet̃. Reſponſoriū itali tradiderūt. q̄d operatōꝫ ſignificat. Alleluya leticiaꝫ ſignificat. Per iubilū in quo finit̃ ineffabile gaudiū in fine venturū exp̄mit̃. Tractꝰ aliquotiens tribulationē ſignificat. vt de profundis. cōmouiſti. Aliqn̄ leticiā. vt iubilate. laudate Credo in vnū deū. centū q̄nquaginta p̄res in conſtātinopolitano ꝯcilio. ꝯ hereſim macedonij eiuſdē vrbis epi. q̄ ſpūm ſanctuꝫ creat̃aꝫ aſſeruit. cōpoſuert. Sixtꝰ papa inſtituit. vt an̄ ꝯſecratōem p̄us hymnꝰ Sctūs ſanctus ſctūs caneret̃. Que trina repetitio. trinitatis ē ꝯfeſſio. ſecreta vocat̃. qꝛ ſecreto dr̄. ne vileſcat. Olim alta voce dicebat̃. ſꝫ legit̃ q̄ paſtores dum illā quotidiano vſu audiēdo cognitā in agro decantarent diuinitus pcuſſi ſunt. vnde et ꝯſuetudo mutata putatur. Papa pelagiꝰ docet. ab vniuerſi orbis cōmunione ſeparatos eē. q̄ qualibet diſſenſione inter ſacrarū miſſaꝝ ſolennia vel myſteria ap̄lici pontificis memoriā ſ̄m ꝯſuetudinē nō frequentant. Te igit̃ in p̄mis. Hāc obſecratōem ⁊ ꝯſecrationē ſanctꝰ Gelaſiꝰ papa ex maiori parte cōpoſuit beatꝰ Gregoꝰ addidit. dieſqꝫ noſtros ī tua pace diſponas et orationē dn̄icam cenſuit ſup corpꝰ xp̄i recitari. ſicut in vita illiꝰ legit̃. Qui p̄die q̄ꝫ pateret̃. vſqꝫ in mei memoriā facietis. apoſtoli in vſu habuerūt. et in his v̄bis xp̄i corpis ſacramentū celebrauerunt. Alij alexandrū papam hec addidiſſe ferunt. Leo papa conſtituit īter actiones dicere Sanctum ſacrificium. immaculatam hoſtiam. Felix papa ꝯſtituit ſupra memorias martyruꝫ miſſas celebrari. Gregorius papa conſtituit in canone dici. Quoꝝ ſolennitates hodie in conſpectu tue maieſtatis celebrāt̃ dn̄e deus noſter in toto orbe terrarū. intra quoꝝ nos cōſortiū. Sergiꝰ papa ꝯſtituit. vt agnus dei ī fractione dn̄ici corporis cantaret̃. Innocētius papa ad decentiuꝫ. Pacem aſſeris an̄ confecta miſteria quoſdam populis impti ri. vel ſibi inter ſe ſacerdotes tradere. cū pꝰ omia q̄ aperire nō debeo. pax ſit neceſſario indicenda. p quam conſtet p̄p̄lm ad omnia q̄ in myſterijs aguntur atqꝫ in eccleſia celebrantur prebuiſſe cōſenſum. ac finita eē pacis concludentis ſignaculo demonſtretur. Gloria et honor patri et filio et ſpiritui ſctō in ſecula ſecl'oꝝ amen. trecenti. xviij. epi ī nicena ſynodo compoſuerūt contra hereſim Arrij qui filium patre. et ſpūm ſanctū vtroqꝫ minorem aſſerebat. Hunc hymnum poſtea Hieronimꝰ damaſo pape de greco in latinum tranſtulit. et addidit. Sicut erat ī p̄ncipio et nūc et ſemp ⁊ in ſcl'a ſcl'oꝝ amen. Pater noſter ipe xp̄us tradidit diſcipulis ſuis. Unde ſpecialiter oratio dn̄ica vocat̃. in qua ſeptē diſcrete petitōnes. ſeptiformis gratie ſacramentū ſūt. Symbolū fidei. id ē Credo ī deum. duodecim apoſtoli dictauerunt. totidem ſententijs cōprehenſum. qui numerus apoſtolice fidei ſacramēto ꝯſtat. Quicūqꝫ vult. beatꝰ Athanaſiꝰ papa compoſuit. et m̄lti alij ſancti patres alia atꝫ alia in celebratione diuini officij ad decorem eccleſie et eruditionem fidelium ac deuotōeꝫ addiderunt.



De ſacris et non ſacramentis. Capitulum. X.

ſ **Unt aūt alia que**dā in eccl̄ia ſacra. nō t̄n ſacramēta q̄ ⁊ ipa q̄ꝫ q̄ꝫuis ſpūalis grē effectū nō habeāt. neqꝫ ꝯferāt ſanctificatōem. in h̄ t̄n ſacra ſūt q̄d ad ſancta ptinēt. ⁊ illis coherent q̄ et ſanctitatē habent. et ꝯferūt ſanctificatōem. Eiuſmodi ſūt omnia que ad ornatū eccleſiarū ptinent. ſiue que in poſſeſſionibus earū continent̃. que in hoc quidem ſ̄m aliquid ſancta ſūt. quod in miniſteriū ſanctorū tradita ſunt et aſſignata. Iſta ergo q̄ ſimpliciter ſancta ſunt. illa vero quibꝰ iſta conſecrantur ſancta ſanctoꝝ. Qui ergo ſanctum de ſancto aufert. ſacrilegiū facit. Qui vero ipa ſancta temerare audet. abominationē cōmittit. Eiuſmodi ergo ſunt que ſācta dicuntur vel ſanctis ſanctificata. quecūqꝫ eccleſia poſſidet in ſubſtantia terrena. ſiue in pecunia ſiue in terra. maxime in decimis que ab initio ita ꝯſtitute ſunt. vt nūq̄ꝫ a miniſterio diuino ſiue illoꝝ qui deo ſeruiunt et miniſterio diuino deputati ſunt vſu ſine peccato abalienari potuiſſent. Hec quidem in p̄ncipio ob formaꝫ ſacramenti magis inſtitute vident̃. poſtea aūt ſub lege ſcripta et gratia ad ſuſtentatōem miniſtroꝝ dei ſūt reſeruate. ita vt in eis ⁊ deuotio offerentiū mereret̃. ⁊ accipientiū neceſſitas ꝯſolaretur. Hec igit̃ nullo modo ab vſu eccleſie licite abalienari poſſunt. neqꝫ in poſſeſſioneꝫ laycam. ſiue cōmutatione ſiue donatione tranſire. Cetera corporalia que ſiue in terriſ ſiue in pecunia eccleſia poſſidet. q̄ꝫdiu q̄deꝫ ab illa licite poſſident̃. auferri ſine culpa nō poſſunt. Sed ſi cauſa et ratio poſtulauerit p cōmutationē aut donatōem ad alienam poſſeſſionem tranſire poſſunt. Sicut ergo rapina eſt ⁊ violētia eiuſmodi bona homini iuſte poſſidenti tollere. Sic ſacrilegium eſt et plus q̄ꝫ rapina iſta eccleſie iuſte poſſidēti auferre. Decimas aūt quoquo modo vſurpare aut retinere ſine ſacrilegij culpa nō poſſunt. niſi hi ſolū ad quoꝝ ſuſtentationē inſtitutione diuina ordinate ſunt. Hec igit̃ differentia eſt inter decimas et ceteras eccleſie poſſeſſiones. Qꝫ decime ⁊ inſtitutōne ⁊ poſſeſſione ad ſacra ptinent. Cetere autem poſſeſſiones eccleſiaſtice ad ſacra pertinent ſola poſſeſſione. Alie ergo poſſeſſiōes eccleſie ad alienos poſſeſſores ſine cōmutatione rationabili transferri non pn̄t. Decie autē ab alienis omnino poſſideri non pn̄t. Ille ergo nō pn̄t auferri. iſte trāſferri. In ill' ſacrilegiū eſt ſi auferantur. in iſtis ſi transferant̃. Decimarū aūt et ceteraꝝ poſſeſſionū eccleſiaſticarū epi diſpenſatores eē debent. vt eas his qui eccl̄ie deſeruiunt rationabiliter diſtribuant. ex quibus ſiquid forte aliquando ad ſuſtentationem eorū qui in eccleſiaſticis officijs non deſeruiunt. ſed tamē in ſecreto diuino ſeruitio mancipati ſūt accōmodatur. indulgentia eſt nō debituꝫ. ita t̄n vt hoc ip̄m de portione ſit pauperū. non de ſuſtentatōne clericoꝝ. In eo enim q̄d miniſtro debetur. dignus eſt operariꝰ mercede ſua. nec bene ſuſtentat egentem. qui fraudat ſeruientem.

Pars decima.

De ſimonia vnde dicitur et quid eſt ſimonia. Capitulum. I.

ſ **Imonia a ſi**mone mago nomen accepit. q̄ huiꝰ mali exempluꝫ exitiale poſteris reliquit Eſt enim ſimonia grām ſpiritualem pecunia vendere vel comparare velle. Quod cum fit. et ille vtiqꝫ qui vendit et ille qui emit. eadem ſententia feriunt̃. qꝛ eiuſdē reatus culpe obnoxij cōprobāt̃.

De auctoribꝰ ſimonie Cap. II

ſ **Imoniace here**ſis ꝯtagiū iā olim in balaam pullulauit qui diuinationis precio pꝓpoſito. ad maledicendū p̄p̄lum dei perreret. Dehinc huiꝰ hereſis duo legunt̃ auctores peſtilentes emerſiſſe. alter ſub pphetica. alt̃ ſub apoſtolica doctrina. Primꝰ gyezi magiſter eſſe vendentiū. deinde ſimon magus

auctor videtur eſſe emptorū. Horum autē vt dictum eſt ſectatores ſicut non ſunt in errore diuerſi, ita nec in damnatione diſcreti.

De his qui ſpiritualia emūt aut vendunt. Capitulum. III.

Qui ordĩes ſacroſ emunt vel vendunt, conuicti ſine miſericordia deponuntur. qꝛ profecto ſacris ordinibus indigni ſunt qui in ipis ſacris ordinibꝰ peccaſſe cōprobantur. Ab hereticis ad vnitatem ecclīe venientes aliquotiens legimus in ſuis ordinibus ſuſceptos. Alij ſiquidem heretici in ſuſcipiendis ordinibus non errabant. ſed alia cauſa erat atqꝫ doctrina que eoꝝ fidem impediebat. Simoniacoꝝ vero hereſis ⁊ peccatuꝫ, ipa ordinatio eoꝝ eſt. Merito ergo in ſuis ordinibus non ſuſcipiuntur, quoniam in ipis ordinibus peccauerunt. Sciendū vō eſt. ꝙ qui a ſimoniacis neſcientes ordinant qui eos catholicos non ſimoniacos putāt ſpiritualem grām per miniſteriū illorū accipiunt. ſi erroris illoꝝ cuius conſcij nō fuerant. participes non fiunt. Qui ergo ꝓ gratia ſpirituali comparanda pecuniam offerunt. etiaꝫ a catholicis ordinati, ſimoniaci exiſtunt. Sed dicis mihi. Quomodo a ſimoniaco ordinatus. ꝑ impoſitionē manuſ illius donuꝫ ſpūſſancti accipere pōt. Quomodo ſimoniacuſ poteſt dare quod nō habet. etiā ſi catholicus eſſe puteť. Audi quō. Sicut adulter. ſicut fornicator. ſicut ebrioſus. aut auarus dare poteſt quod non habet. ita ſimoniacus quod nō habet dare poteſt. et vere dare poteſt his qui digni ſūt accipere. Per miniſteriū enim illiꝰ datur nō per meritum. Ideo his qui erroris illiꝰ participes non ſunt. et culpe conſcij nō exiſtunt. gratia per illum datur, ab illo non datur. Miniſter malus eſt largitor bonus, cum miniſter eſt ſiue hereticus ſiue aliꝰ quilibet ⁊ malus miniſter. Malus eſt. et tamen miniſter. malus in eo ꝙ errorem vel maliciaꝫ habet. miniſter. in eo ꝙ habet officiuꝫ. Sic ſimoniacus. nam ⁊ ipe hereticus eſt. q̄zuis non fide. tamen opere, miniſter malus eſt. et tamen miniſter eſt. Maluſ, in eo ꝙ ſimoniacus eſt. miſter in eo ꝙ in officium ordiatus eſt. Malus in eo ꝙ preciuꝫ dedit. miniſter. in eo ꝙ ordinem et officiū accepit. Sed dicis mihi. Quomodo ordinē aut officiuꝫ accipe potuit. qui preciū dedit. Audi quomodo? Ad perniciem ⁊ ad ꝑditionem officium emere potuit, gratiam accipere non potuit. Tamen quia officium accepit et habet per miniſteriū eius bonis quidem gratia et officium datur. A malis vero ñ grā. ſed officium ſolum accipitur. et tamen accipitur. q̄zuis ad perniciem eius qui male accipit. ſicut ad perniciem eius qui male dedit.

De his qui corporalia in eccleſia comparando cum eis et in eis ſpiritualia emunt. Ca. IIII.

Sunt autem que daꝫ in eccleſia que dum precio cōparantur. cum perceptōne corporalis beneficij participatio etiam ſpiritual' dignitatis accipitur. Ubi profecto quiſq̄s alterum vendere aut emere cognoſcit. neutrum inuenditū aut inemptū reliquiſſe cōprobatur. Sed dicis mihi. Quō hoc eē poteſt? Ego ī eccleſia victum ⁊ veſtitum emi eccleſiam non emi. Stipem emi, prebendā emi. corporalia tantū emi, ſpūale aūt nihil emi. aut emere volui. Dic ergo mihi quis nomen tuū inter nomina fratrum aſcpſit? Quis tibi in choro. ī capitulo locū aſſignauit? Si hec non emiſti, vnde hec habes? Quis tibi hec dedit? Sed hec inquis grãs accepi. Cetera emi. hec gratis data ſūt. bene dicis. Ouem emiſti et lanam non emiſti. ſꝫ gratis accepiſti. tñ ſi ouem non emiſſes, lanam non habuiſſes. pro arbore preciū dediſti vt fructū eius gratis manducares. ſatis aſtute ingredi exiſtimaſti cōmento ridiculo. Uide ergo quō nō emeris q̊d nō habuiſſes. ſi preciū nō dediſſes. Aut hoc te pariter emiſſe confitere. aut ſi non emiſti, noli tollere q̊d tuū non eſt. Sed dicis mihi iterum. Quid ergo? Non poſſum ab ecclīa ſtipem



emere. et corporalis ſuſtentatiōis impenſā precio ſine ſymonie culpa comparare. Ecce habeo predia mea aut pecuniam meā q̄ ſuſtentari poſſē et viuere. Sed forte timeo violentiam ꝑncipum. aut fraudem familiarium. ſiue aliud quodcūqꝫ. forte etiaꝫ defectum etatis. aut imbecillitateꝫ viriū mearum conſidero. Uideo quia non poſſū ipe ſicut expedit res meas diſponere. et ꝓprijs vtilitatibus deſeruire. Uenio ad eccleſiam et cōmendo ei res meas et vite mee prouidentiam committo. vt alat me et ſuſtentet. et de meo mihi ſubſidiū miniſtret. et ne forte frauder in aliquo expeto certam mihi et determinatam impenſam conſtitui. quantum ſcilicet accipit vnus aliquis eoruꝫ qui eccleſie deſeruiunt. qui in titulo eccleſie cōſcripti ſunt. prebendaꝫ peto ad quotidiani victus vſum. ſicut habet alius qui in eccleſia eſt. qui de eccleſia viuit et eccleſie ſeruit. dat mihi eccleſia et concedit illud. mea accipiens et ſua reddens. imo mea non ſua mihi diſpenſans. Quid igitur inde iudicādū ſentiam inquiris? Ego tibi breuiter reſpōdeo. quia ſi eccleſiam in vita tuoꝝ diſpenſatricem facis. aut poſt mortem heredem relinquis. ego prohibere nec volo nec poſſuꝫ Et ſi de tuo te paſcit aut pro tuo. prouidentia eſt non culpa. neceſſitas non iniquitas. Sic interim vt aliud non requiras nec accipias. corporalis tibi neceſſitudo conceditur. commertium iniquitatis negatur.

De eo qꝰ ſola corporalia venduntur. Capitulum. V.

Contingit autem aliquando vt poſſeſſiones eccleſie vel quelibet alia eccleſiaſtica bona corporalia per malos prelatos data vel vendita ab vſu eccleſie alienentur. in q̊ genere crimen ſimonie eſſe non videtur. q̄ꝫuis culpa grauis non deſit. Quanta enim iniquitas ſit. manifeſtuꝫ eſt eos qui ad edificandas eccleſias et cuſtodiēdas poſiti ſūt deſtructioni illarū et eoꝝ que ad illos pertinent diſſipationi operam dare, maxime ſi ea q̄ abalienantur. talia ſunt que ad vſus alienoꝝ nunq̄ꝫ licite tranſire poſſint. ſic ſūt decime que ab initio inſtitute ſunt ad eorū tantum ſuſtentationē qui tabernaculo deſeruiunt. Hec igitur ad laycos transferre quid aliud eſt q̄ꝫ de ſacro ſacrum auferre? Sic ergo ſi vnicuiqꝫ peccato nomē culpe conueniens datum fuerit. nihil mali fit in iudicio equitatis.

## Pars vndecima.

De ſacramento coniugij. Capitulum primum.

Cum omnia ſacramenta poſt peccatum et propter peccatū ſumpſerint exordiuꝫ ſolum coniugij ſacramentum etiam ante peccatum legitur inſtitutū. non tamen ad remedium. ſed ad officium. In coniugio autem hec primū conſideranda ſunt et diſcernenda, origo et inſtitutio. cum modo et cauſis ſuis et eius ſꝫm tempus et locuꝫ et ritus variatio.

De origine coniugij. Capitulum. II.

Coniugij auctor deus eſt. Ipſe enim coniugium eſſe decreuit quando mulierem ad propagationem generis humani homini in adiutoriū fecit. Adam quoqꝫ in ſpiritu cognoſcens ad queꝫ vſum mulier facta eſſet cum adducta fuiſſet ad euꝫ dixit. Hoc nunc os ex oſſibus meis, et caro de carne mea. Propter hoc relinquet homo patreꝫ ſuum et matrem et adherebit vxori ſue, et erunt duo in carne vna. Chriſtus etiam in chana galilee nō ſolum preſentia corporali ſed exhibitōne quoqꝫ miraculi nuptias cōſecrauit. In quibꝰ omnibus oſtenditur cōiugium et a deo eſſe et bonum eſſe.

De duplici inſtitutōne cōiugij et de cauſa inſtitutionis duplici.

Capitulum.III.

Inſtitutio coniugij duplex eſt. Una ante peccatū ad officium. Alia poſt peccatum ad remedium. Prima vt natura multiplicaretur. Secunda vt natura exciperetur ⁊ vicium cohiberetur. Prima inſtitutio cōiugium propoſuit in federe dilectionis, vt in eo ſacramentum eſſet ſocietatis, que in ſpiritu conſtat inter deum et animam. Officium autem coniugij in commixtōne carnis propoſuit. vt in eo ſacramentuꝫ eſſet ſocietatis. que in carne futura erat inter chriſtum et eccleſiam Secunda inſtitutio. coniugium in federe dilectōnis ſacciuit. vt per eius bona id quod in carnis commixtione infirmitatis erat et delicti excuſaretur. Officium autem coniugij in commixtōne carnis conceſſit vt in eo preter generis multiplicationem generantium infirmitas exciperetur. Quare autem inſtitutuꝫ ſit coniugij ſacramentum apoſtolus innuit vbi virum imagineꝫ dei eſſe ac per hoc quodā modo mulierem anime rationalis typuꝫ portare oſtendit. Quare item primo inſtitutum ſit coniugij officium ipſe deus inſtitutor et ordinator oſtendit dicenſ. Creſcite et multiplicamini et replete terram. Officium autem coniugij. hoc eſt. carnis commixtionem ante peccatum non ad remedium infirmitatis ſed ad multiplicationem prolis inſtitutum eſſe. poſt peccatum autē idem ipſum ad remediuꝫ infirmitatis conceſſum beatus Auguſtinus teſtatur his verbis dicens. Utriuſqꝫ ſexus infirmitas propendens in ruinam turpitudinis recte honeſtate nuptiarum excipitur. vt quod ſanis eſſet officium ſit egrotis remediū. Iteꝫ in coniugio aliud eſſe et alterius rei ſacramentum eſſe. et ipſum coniugium et aliud eſſe et alterius rei ſacramentum eſſe. ipſum ſcilicet coniugij officium idem ipſe in libro de bono coniugali teſtatur dicens. In coniugio aliquid boni videtur eſſe. non ſolum propter propagationem filiorum. ſed etiaꝫ propter naturalem in diuerſo ſexu ſocietatem. alioquin iam non diceretur coniugium in ſenibus ſi vel amiſiſſent filios vel nō genuiſſent. in quibꝰ et ſi emarcuerit ardor carnis. viget tamen ordo caritatis. Item in nuptijs plus valet ſanctitas ſacramenti qꝫ fecunditas ventris. Unde quidam non intelligētes hoc quod dictum eſt. illa mulier nō poteſt pertinere ad chriſti et eccleſie ſacramentū cum qua noſcitur non fuiſſe carnale commercium. eſtimant ſacramentuꝫ coniugij eſſe non poſſe vbi commixtio carnalis non fuerit. Neſciunt enim quia officium coniugij in carnis commixtione illā que inter chriſtum et eccleſiam per carnis ſuſceptionem facta eſt vnionem figurat. propterea qꝫ chriſti et eccleſie ſacramentuꝫ eſſe non poſſit vbi carnale commertiū non fuerit. coniugium tamen verum et verum coniugij ſacramentum eſſe. etiam ſi carnale commerciuꝫ non fuerit ſubſecutū. Imo potius tanto verius et ſanctius eſſe quāto nihil in ſe habet vnde caſtitas erubeſcat. ſꝫ vnde caritas glorietur. Nam et ipſum coniugium ſacramentum eſt ſicut et ipſum officium coniugij ſacramentū eſſe cognoſcat Sed coniugium vt dictuꝫ eſt ſacramentū illius eſt ſocietatis que in ſpiritu eſt inter deum et animā. Officium vero coniugij ſacramentuꝫ illius eſt ſocietatis que in carne eſt inter chriſtum et eccleſiam. Scriptum eſt inquit. Erunt duo in carne vna. ⁊ ſi duo in carne vna iā non duo ſed vna caro. Hoc eſt ſacramētū quod ait apoſtolus magnū ī chriſto et eccleſia. Ad quod ſacramentuꝫ pertinere non poteſt mulier cuꝫ qua noſcitur carnale non fuiſſe commerciuꝫ. poteſt tamen pertinere ad aliud ſacramentū non magnum in chriſto ⁊ eccleſia. ſed maius in deo et anima. Quid enim. Si magnuꝫ eſt quod in carne eſt. magnū non eſt. imo multo maius eſt quod in ſpiritu eſt? Caro inquit nihil prodeſt. ſpiritus eſt qui viuificat. Si ergo magnum eſt quod in carne eſt. multo maius eſt vtiqꝫ quod ī ſpiritu eſt. Si recte per ſcripturā ſanctā deus ſponſus dicitur et anima rationalis ſponſa vocatur. aliqd profecto inter deū et animā eſt. cuius et id



quod in coniugio inter maſculū ⁊ feminā conſtat ſacramentum et imago eſt. et forte vt expreſſius dicatur ipſa ſocietas que exterius in coniugio pacto federis ſeruatur ſacramentuꝫ eſt. et ipſius ſacramenti res eſt dilectio mutua animorum que adinuiceꝫ in ſocietatis et federis coniugalis vinculo cuſtoditur. Et hec ipſa rurſus dilectio qua maſculus et femina in ſanctitate coniugij animis vniuntur ſacramentuꝫ eſt. et ſignū illius dilectionis qua deus rationali anime intus per infuſionem gratie ſue et ſpiritus ſui participatione coniungitur. Copula igitur carnis que ante peccatum in coniugio officium fuit. et poſt peccatum in eodem pro remedio conceſſa eſt ſic vtrobiqꝫ coniugio adiungitur. vt cum coniugio ipſa ſit non coniugium ex ipſa. Nam ⁊ ante ipſam coniugium verum eſt. et ſine ipſa ſanctum eſſe poteſt. Tunc quideꝫ ſi illa nō adeſſet infructuoſius. Nunc autem ſi illa non affuerit ſincerius. Qꝫ enim poſt peccatuꝫ copula carnis in coniugio admittitur indulgentie magis eſt et compaſſionis. ne viciū concupiſcentie quod in humana carne poſt peccatum radicauit turpius in omnē exceſſū profflueret ſi nuſqꝫ licite excipi potuiſſet.

Quid ſit coniugium. Capitulum. IIII.

Quidam hoc modo coniugium diffinienduꝫ putauerunt. vt dicerent coniugiuꝫ eſſe conſenſum maſculi et femine indiuidualē vite conſuetudinem retinentem. Cui diffinitioni legitimuꝫ adiungere oportet. quia ſi conſenſus maſculi ⁊ femine legitimꝰ. hoc eſt. legitime et inter legitimas perſonas factus non fuerit coniugium in eo conſecrari non poteſt. Legitimas autem illas perſonas dicimus in quibus aliqua rationabilis cauſa demonſtrari non poteſt quare cōiugij pactum mutuo firmari non poſſint. Ideo autem dico in quibus rationabilis cauſa demonſtrari nō poteſt. quia et ſi forte eſt et occulta et latens et nonduꝫ iudicio eccleſie comprobata quantum ad iudiciuꝫ eccleſie ſpectat pactuꝫ coniugale neqꝫ prohiberi poteſt vt non fiat. neqꝫ cum factum fuerit infirmari poteſt vt nō conſiſtat. Qd enim omnino occultum eſt quantum ad iudiciū eccleſie non eſſe dicendum eſt. quia ad efficiendum aliquid vel impediendum non differt ab eo quod non eſt. Prima autem inſtitutio duas tantum perſonas. id ē patreꝫ et matrem a contractu matrimonij excepit. Ubi hominem vt adherere poſſit vxori ſue patrem et matrem relicturuꝫ eſſe aſſeruit dicens. Propter hoc relinquet homo patrem ſuum et matrem et adherebit vxori ſue. Manifeſtum eſt auteꝫ quia non requiruntur ad hoc qui relinquuntur propter hoc. Has ergo duas perſonas ſolas prima inſtitutio excepit. in ceteris omnibꝰ nullam nulli ad coniugij ſacramentum federandum prohibuit. Uenit poſtea ſecunda inſtitutio que per legem facta eſt. et excepit quaſdam alias perſonas. ſiue ad decorem nature. ſiue ad pudicicie augmentum Et ex tunc cepit eſſe ex prohibitione illicituꝫ quod fuerat ex natura conceſſuꝫ. Ubi quidem ſi non culpabiliter prohibitio ignoratur in tranſgreſſione ignorantia excuſatur. nec prohibetur virtus ſacramenti. quādiu non patet tranſgreſſio precepti. Cum autē conſtans eſſe ceperit quod prohibitum eſt conſtare deinceps aut ratuꝫ eſſe nō poteſt quod factuꝫ eſt. quia quod manifeſte contra preceptioneꝫ agitur. legitimum aut veruꝫ eſſe non iudicatur. Erunt fortaſſis qui exiſtiment ignorantiam non tantuꝫ facere poſſe vt pro ea coniugium appellari debeat inter eiuſmodi perſonas quibus matrimonij copula iuſte prohiberetur. ſi cauſa que latet cognoſceretur. Ego illos interrogo quid ſentiendum ſit de filijs ex huiuſmodi copula procreatis. vtrum legitimi an illegitimi ſint iudicandi. Quod ſi duruꝫ videtur vt idcirco filij illegitimi dicantur: quia patres ſm cauſam aliquam latentem illicite.

ſcd̄m iudicium autem et conceſſionem ec-
cleſie legitime fuerunt copulati concedant
neceſſe eſt copulam illam ex qua procreati
ſunt quamdiu quidem cauſa latuit legiti-
mam fuiſſe.etiam ſi iuſte illicitā fuiſſe cau
ſentur. Non omne enim quod illicite fit
ideo non fit quia illicite fit. quoniam quod
fit fieri omnino dicendum eſt quamuis in
eo ꝙ ſic fit male fieri recte dicatur. Si autē
quod fit et quod illicite fit fieri quidem ſci-
atur. illicite autē fieri neſciatur. poteſt qui-
dem ignorantia culpam temperare aut ex-
cuſare vt factum legittimum conſtet in eo
quod fit quamuis facere non poſſit vt re-
prehenſibiliter non fiat in eo quod ſic fit.
Si ergo filij ſcd̄um aliquid legitimi ſunt. ⁊
ſcd̄m aliquid legitima eſt et copula ex qua
ſunt. Q; ſi copula ipſa ſcd̄um aliquid legi-
tima recte dicitur non mihi apparet qua-
re non etiam ſcd̄um idipſum coniugiū me
rito nominetur. Non enim magna eſt con
tentio de nomine vbi idem de veritate ſen
titur. Exceptis ergo eiuſmodi cauſis in qui
bus vel propter horrorem vel turpitudinē
pudicicie conſulendum videtur. In ceteris
omnibus hoc ſentiendum puto. ꝙ ſi in ali-
qua forte per ignorantiam offenditur. quā
diu quidem latet matrimonio ſcd̄um iudi
cium eccleſie legitime facto. nequaq̄ʒ tolle-
re poſſit quin legitimum appelletur. Non
mihi ergo quis fratrem aut ſororem oppo-
nat aut cetera huiuſmodi in quibus ratio
ignorantie excuſationem non admittit. nō
permittuntur in eiuſmodi offendere quos
in eo quod faciunt ignorantia debet excu-
ſare. horroris alias erroris ſunt facta eiuſ-
modi non rationis. in quibus ⁊ ſi ignoran
tia fuerit. verecundia tamen ⁊ pudicicia cō
fuſionem non euadit. Aliud eſt de illis lo
qui de quibus dicit apoſtolus. Tempta-
tio vos nō apprehendat niſi hūana. In qui
bus enim humanum eſt errare. in illis po
teſt ignorantia erroris culpam excuſare.
Sic ergo legittimas perſonas ſcd̄um iudi
cium eccleſie appellandas putamus. in qui
buſ nulla cauſa extat pro qua aut iuſte pro

hiberi poſſit quod faciendum eſt. aut cum
factum fuerit infirmari. et quamdiu qui-
dem ſic eſt legittimū eſſe quod eſt. Si quis
autem interroget quomodo ſcd̄um iudi-
cium eccleſie legitimuʒ eſſe poſſit quod ſm
iudicium diuinum legitimuʒ non eſt. Ego
quidem vtrumq̄ʒ legitimum eſſe puto. id-
circo tamen ſcd̄m iudicium eccleſie ſpeciali
ter legitimuʒ dici. quia ſcd̄um iudicium ec
cleſie nihil in eo eſt pro quo legitimum di-
ci non debeat. ſed ſcd̄um diuinum iudiciū
aliquid in eo eſt. quod ſi iudicio eccleſie ma
nifeſtum eſſet coniugium legitimum non
eſſet. hoc eſt. quia aliquid in eo eſt. eccleſie
quidem occultum. ſed deo notum. Quod
ſi ſimiliter eccleſie manifeſtum eſſet coniu-
gium legitimum non eſſet. Nunc autem
per ignorantiā excuſatur. vt ex eo ipo tam
apud deum q̄ʒ apud homines legitimum
ſit quamdiu ignoratur. quia apud homieſ
quidem nihil in eo reprehenditur. apud de
um autem quod reprehenſibile eſt. et ſi cul
pam habeat. ad confuſionem tamen repro
bationis non imputatur. Et has quidem
perſonas ecclie eē legitimas ſm iudicium
eccl̄ie exiſtimamus. Conſenſum autem legi
timuʒ illum eē putamus qui ad hoc fit ad
quod fieri debet. Naʒ qui ad ſolam carnis
commixtionē conſentiūt. pro tali conſenſu
coniuges adhuc dici non pn̄t. hoc enim et
fornicantes et adulterantes faciunt. a qui
bus coniugalis caſtimonie nomen procul
abeſſe cognoſcitur. Ergo aliud illud eſt cu
ius conſenſus inter maſculum et feminam
coniugiū ſacrat. hoc autem q̄d eē dicenduʒ
eſt niſi ſocietas illa quaʒ deus creator a pri
cipio inter maſculum et feminam inſtituit
quando mulierē de latere viri formatam
eidē ſociauit. Quia enim ſocia data eſt. nō
ancilla aut domina. idcirco nec de ſummo
nec de imo. ſed de medio fuerat producēda
Si enī de capite fieret de ſūmo fieret et vi-
deretur ad dominationē creata. Si auteʒ
de pedibꝰ fieret de imo fieret et videret ad
ſeruitutē ſubiciēda. ꝓpterea d̄ medio facta
eſt vt ad equalitatē ſocietatis facta ꝓharet



In hoc tamen quodāmodo inferior ipſo
ꝙ facta eſt de ipō. vt ad ipſum ſemper qua
ſi ad principium ſuum reſpiceret. et ei qui-
dem indiuidue adherendo. ab ea ſe que ad
inuicem conſtare debeat ſocietate non ſe
pararet. Hec ergo ſocietas coniugium eſt
que federe ſponſionis mutue conſecratur
quando vterq̄ʒ voluntaria promiſſione de
bitorem ſe facit alteri. vt deinceps neq̄ʒ ad
alienam altero viuente ſocietateʒ tranſeat.
neq̄ʒ ſe ab illa que adinuicem conſtat ſocie
tate diſiungat. Ad cuius quidem ſocieta-
tis conſenſum ſi etiam carnalis commixti
onis conſenſus in prima federatione con-
iungitur eiuſdem cōmixtionis debito con
iugati poſtmodum adinuicem conſtrin-
guntur. Q; ſi forte in federatione coniugij
vtrimq̄ʒ pari voto conſenſus carnis remit
titur. pro eodem deinceps coniugati debi-
tores adinuicem non tenentur. Quod enī
ab vtriſq̄ʒ pari conſenſu dimiſſum et voto
firmatum eſt. iuſte poſtmodum ab altero
exigi non poteſt. et tamen firmum conſtat
etiam ſic coniugij ſacramentum. cuius vir
tutem copula carnis ſicut non efficit cum
adeſt. ita etiam ſi defuerit tollere nō poteſt
Talis itaq̄ʒ conſenſus indiuidualem vite
conſuetudinem retinere creditur. quia ad
hoc factus eſt vt mutua ſocietas que adin
uicem per ipſum iniciata eſt vtroq̄ʒ viuen
te amplius diſcidium non patiatur. Qui
ergo diffinire voluerit coniugium. dicere
poteſt coniugium eſſe conſenſum legitimū
hoc eſt. inter legitimas perſonas ⁊ legitime
factum maſculi et femine ad indiuidualeʒ
vite conſuetudinem obſeruandaʒ. In quo
quidem conſenſu copule carnalis com-
mertium pari voto aut futurum non cō
tradicitur aut non futurū laudatur.

## Quando coniugiū eſſe incipiat. Capitulum. V.

S I quis aūt que-
rat quando coniugium eſſe inci-
piat. Dicimus quia ex quo talis conſen-
ſus qualem ſupra diffiniuimus inter ma-
ſculum et feminam factus fuerit ex eo ſta-
tim coniugium eſt. quem et ſi poſtea copu
la carnis ſequatur. nihil tamen coniugio
amplius ad virtuteʒ ſacramenti confertur
Unde conſtat quia ſi vir vel mulier poſt
talem conſenſum ad alienam ſocietatem
tranſierit etiam ſi commixtio carnis illic ſe
quatur. ad priorem tamen ſocietatē in qua
ſacramentuʒ coniugij ſanccitum eſt. ⁊ poſt
q̄ʒ ſecunda copula illicita omnino iudica-
tur redire debebit. Sed dicis mihi. Aliq̄s
promiſit ſiue forte iurauit alicui ſe vſq̄ʒ ad
tempus complacitum illam ducturum. et
illa ſimiliter promiſit vel iurauit ſe illi nu-
pturā. interim mutato propoſito alter ſiue
vterq̄ʒ ad alienam ſocietatem tranſit et ille
aliam vxorem ducit. et illa marito alteri nu
bit. Quid ergo faciendum eſt? Nunquid
propter priorem ſponſionem federationis
ſecunde pactum ſcindenduʒ eſt? Sed con-
ſidera quia longe aliud eſt promittere atq̄ʒ
aliud facere. Qui promittit nondum facit.
Qui autem facit iam facit quod facit. In
eo qui promittit ſi non facit quod promit-
tit mendacium eſt. In eo autem qui facit
etiam ſi poſt factum penitet. tamen factuʒ
omnino eſt quod factuʒ eſt. Qui ergo ſe ꝓ
miſit vxorem ducturum. nondum tamen
vxoreʒ duxit. Et que ſpopondit ſe nupturā
nondum nupſit. nec coniugium adhuc fu-
it ſed futurum eſſe debuit. Cum autem po
ſtea et ille vxoreʒ duxit et illa marito nupſit.
iam coniugiuʒ fuit vtrimq̄ʒ et non poterit
diſſolui quod factum eſt. etiam ſi id quod
promiſſum fuit non eſt impletum. Prece-
dens ergo mendaciuʒ penitentia corrigen
dum eſt. ſed ſequens coniugium diſſoluen
dum non eſt. Non auteʒ ſic eſt quando ſa
cramentum coniugij non quideʒ vt ſupra
eſt dictum mutua ſponſione futurum pro
mittitur. ſed preſentis aſſenſus atteſtatōne
firmatur. quia poſt talē aſſenſuʒ quicquid
in aliena ſocietate etiam cum carnis com-

mixtione vel cum prolis procreatione ſecutum fuerit irritū omnino eſſe debebit. Sed putant quidam poſterius factum idcirco conſtare debere. quia in eo amplius eſſe videtur vbi poſt conſenſum etiam carnis cōmixtio ſecuta eſt. Sed cur ideo ſtare debet in quo plus factuꝫ eſt? Si totuꝫ id quod factum eſt iuſte factum non eſt. Si propterea poſterius coniugium iudicatur, quia in eo copula carnis fuit que in priori non fuit. ergo ſi tertium poſt hoc ſecutum fuerit. dicet aliquis quia melius iudicandum eſt q̄ꝫ ſecundum. quia in eo fortaſſis copula carnis ſepius fuit q̄ꝫ in ſecundo fuerit. quod ratio nō admittit. Quapropter quicquid poſt conſenſum coniugalem qui matrimonium ſacrat cum alio vel alia ſiue in conſenſu ſiue in coitu admiſſum fuerit ad inceſtus et adulterij maculam non ad ſacramentum coniugij pertinebit. Sed dicis. ſi poſt primum coniugalis federis conſenſum ſtatim coniugium eſt. quid ergo ſibi vult quod dicit auctoritas. aliter non fieri coniugiuꝫ legitimum niſi ab his qui ſuper eam feminam poteſtateꝫ habere videntur. et a quibus cuſtoditur vxor petatur. et a parentibus propinquioribus ſponſetur et legibus dotetur. et ſuo tempore vt mos eſt ſacerdotaliter cum precibus et oblationibꝰ a ſacerdote benedicatur. et cetera quedam que in hunc moduꝫ adiungit dicens. Quoniam aliter preſumpta non coniugia ſed adulterina contubernia vel ſtupra aut fornicationes potius q̄ꝫ legitima coniugia eſſe dicēda ſunt. Sꝫ id in hoc loco intelligi oportet. hec legitima non eſſe. id eſt. non fieri ſcđm inſtitutioneꝫ legum. que in hunc modum coniuges deſponſari inſtituunt. Naꝫ quod poſtea adiungit. aliter preſumpta adulteria potius vel ſtupra eſſe q̄ꝫ legitima coniugia. confeſtim ſubſequenti ſermone temperat dicens. Niſi forte voluntas propria ſuffragauerit et vota ſuccurrerint legitima. Illic ergo vbi voluntas propria ⁊ votum legitimum ſuccurrerit etiam ſine his omnibus legitimum coniugium eſſe poteſt. Si enim coniugiuꝫ eſſe non poteſt vbi iſta non ſunt. nec baptiſmus eē poteſt vbi non precedit fontis conſecratio. baptiſandi cathezizatio. exorcizatio. et vbi nō ſubſequitur olei et criſmatis vnctio. Sed ſicut baptiſmus eſſe poteſt ſine iſtis. quā uis iſta debeant eſſe cum baptiſmo. ita ⁊ ſine illis coniugium eſſe poteſt etiam ibi vbi illa in coniugio et cuꝫ coniugio eſſe debent. Nam ꝙ coniugium non in coitu conſtet ſed in conſenſu. nec in cōſenſu coitus. quia ſicut ſine coitu ita etiam ſine coitus conſenſu eſſe poteſt ſi forte vtrimqꝫ caſtitatis ⁊ continentie propoſitum placitum fuerit beatus Ambroſius teſtat̄ in quodaꝫ loco dicens. Non defloratio virginitatis ſed pactio coniugalis coniugium facit. Item coniugiuꝫ non facit coitus ſed conſenſus. qui ſi defuerit omnia etiam cum ipſo coitu fruſtrantur. Yſidorus etiam dicit. Quia coniuges verius appellantur a prima deſponſationis fide quāuis adhuc inter eos ignoretur coniugalis concubitus. Sed forte videtur contrarium hoc illi eſſe quod ſuperius diximus coniugium in conſenſu maritali ſanciri. Si enim a prima deſponſationis fide coniugium incipit cum fides deſpōſationis in promiſſione futuri conſenſus precedere videatur quando coniugiuꝫ ab hac fide iniciari dicitur. procul dubio etiaꝫ ipſum matrimonij conſenſum anteire probatur. Sed ſi deſponſationem ipſam futuri matrimonij pactionem et promiſſioneꝫ intelligere debemus. tunc nimirum fidem deſponſationis impletionem promiſſionis et pactionis exhibitionem conuenienter accipimus. A qua nimirum quia in predicto conſenſu conſtat. merito coniugium exordium ſumat. quia in eo ꝙ fides pactionis et ſponſionis que de futuro coniugio vtrimqꝫ facta fuerat adimpletur. in conſenſu maritali coniugij ſacramentum perficitur. Nomen autem deſponſationis non ipſum coniugij conſenſum quo matrimo



nium firmatur. ſed pactionem et promiſſionem futuri conſenſus ſignificare in ipſa vocis expreſſione concimus. quia et ſpondere non dare eſt aut facere. ſed promittere Vnde et apoſtolus dicit. Deſpondi enim vos vni viro. virgineꝫ caſtam exhibere chriſto. Quid ſi deſponſationis nomen in ipſo contractu matrimonij intelligere debemꝰ tunc fidem deſponſatōnis conſenſum mutue ſocietatis que coniugium dicitur conuenienter accipimus. Vnde ⁊ de matre domini Auguſtinus dicit. Quia a prima deſponſationis fide coniunx vocata eſt ioſeph. quam nec concubitu cognouerat nec fuerat cogniturus. et Ambroſius ſimiliter. Deſponſata viro coniugis nomen accepit Cum enim iniciatur coniugium tunc coniugij nomen aſſumitur. In quibus verbis ſicut ſupra dictum eſt. ſi deſponſationeꝫ accipimus in eo quando conſenſu maritali coniugiuꝫ ſancitur. recte tunc ipſum coniugium inchoari et nomen coniugis aſſumi dicitur. Si autem deſponſationem intelligimus in eo ꝙ futurus ad coniugium faciendum conſenſus promittitur. tūc quidem coniugium in his que coniugiuꝫ antecedunt inchoari dicitur. et abinde etiam que futura eſt coniūx. propterea quibus iam coniugium iniciatuꝫ eſt nomine coniugis cenſetur. Sed vt libet de his et de huiuſmodi ſentiatur. tantum vt coniugium nec ante legitimi conſenſus atteſtationem in quo vterqꝫ alteri ad coniugalis federis ſocietatē ſe tradit verum eſſe credatur nec poſtea imperfectum. Vis ſcire quid dico. Cum ille dicit. Ego te accipio in meam. vt deinceps et tu vxor mea ſis et ego maritus tuꝰ. ⁊ illa ſimiliter dic̄. Ego te accipio in meum. vt deinceps et ego vxor tua ſim et tu maritus meus. Aut ſcilicet hoc dicunt aut aliud quodcunqꝫ ſimile illi. in quo ⁊ ſi non hoc dicunt hoc tamē intelligunt. aut ſi hoc non dicunt. quia fortaſſis alicubi verba nō celebrantur ſed res agitur. tamen hoc faciunt. illam ducit. accipit illam. ſicut mos eſt legitimas ducendi vxores. Cum igitur hoc ſicut mos eſt dicunt vel faciunt et in hoc ſibi conſentiunt. hoc eſt quod dicere volo. q̄a deinceps coniuges ſunt ſiue hoc dixerint. et in hoc ſibi conſenſerint coram legitimis teſtibus ſicut debent. ſiue forte ſoli ſeorſum et in ſecreto nemine atteſtante vel aſtante qualiter non debent. tamen omnino coniuges ſunt. nec deinceps niſi alia emergat cauſa diſcidij ab inuicem ſeparari licite poſſunt. etiam ſi propter furtiuum conſenſum ſi factū negauerint conuinci non poſſunt.

### De his qui occulte nubunt vel poſtquā nupſerint contra cōiugiū aliqua verenda faciunt.

### Capitulum. VI.

ſ Eo dicis. quid ergo faciendū eſt de huiuſmodi qui clanculo conuenerunt. ſi poſtea aut alter aut vterqꝫ factum negando ad alienam ſocietatem tranſierit? Quidam vxorem duxit clanculo ſine preſentia teſtium. ſolo adinuicem maritali conſenſu firmato deuitans vt nonnunq̄ꝫ fieri ſolet aliqua de cauſa conſcientiam alienam. poſtea breui tempore interiecto. priuſq̄ꝫ conſenſuꝫ occultum facto manifeſto probaſſet de facto penituit. eam quam in hunc modum vxorem duxerat dimiſit. Aliam duxit celebri apparatu manifeſte coram eccleſia. fortaſſis cum parentum traditione. cum ſacerdotis benedictione nuptias fecit. filios genuit. Venit prior illa ad eccleſiam iudicium interpellat. iuſticiam poſtulat. iniuriam ſibi illatam palam exponens. Negat gat ille. nec ſunt hic teſtes qui poſſint probare quod occultum eſt. Hic queris quid facere debet eccleſia. quia vtriqꝫ inconuenienss aliquod incurrere videtur. Si enim illi mulieri que quidem verum dicit. ſed tn̄ occultum eſt nec probatuꝫ quod dicit ſine

legitimo teſtimonio propter ſolum dictuȝ
ſuum creditur. et pro eo qđ incertum eſt ⁊
occultum id quod certum et manifeſtum
eſt diſſoluitur. poterit deinceps quelibet ſi-
ue quilibet in alium vel in aliam quodcun-
qȝ voluerit fingere. vt ſibi ſimili ratione
credatur. Quod ſi admiſſum fuerit ma-
gna confuſio proueniet. neqȝ deinceps in
eccleſia aliquid firmum ſtabit. Si vͦo pro-
pter auctoritatem eccleſie conſeruandam
coniugium quod primum eſt factum ſcin-
ditur. ⁊ adulterium quod ſecundo preſum-
ptum eſt confirmatur. aliud malum ma-
gnum eſt quando non ſolum libertas da-
tur ſed etiam neceſſitas indicitur homini
vt maneat in peccato ſuo. Hic ergo conſi-
lium queris. Ego fortaſſis potiora tibi di-
cturus non ſum. tamen oportet vt in tan-
tis malis prorſus ignorantes non ſimus.
Si quis putauerit propter huiuſmodi ma-
la vitanda talem conſenſum qui nullo te-
ſtimonio probatur. neqȝ faciendum mu-
tua confeſſione firmatur irritum eſſe debe-
re. neqȝ in eo vllatenus coniugium ſtare
poſſe facilius inconueniens declinat. Po-
teſt enim etiam id quod ſupra dictum eſt
furtiuos conſenſus non coniugia eſſe: ſed
adulterina contubernia vel ſtupra niſi vo-
luntas propria ſuffragauerit et vota ſuc-
currerint legitima propter hoc dictum pu-
tari. quia eiuſmodi conſenſus qui in occul-
to fiunt coniugium non ſanciunt. niſi ijdē
ipſi qui in occulto ſibi conſenſerint. eundē
conſenſum ſuum vtriqȝ voluntarie in ma-
nifeſto profiteantur. Tunc quidem volun-
tas propria ſuffragatur et vota ſuccurrūt
legitima. cum id quod in occulto fecerunt
ſponte vtriqȝ in manifeſto profitētur. Si
quis igitur ad hunc modum dicat coniu-
gium occulto quidēȝ conſenſu iniciari poſ-
ſe. ſed non niſi manifeſta amborum confeſ-
ſione firmari compendioſius mala mul-
ta declinat. Sed plurium approbatio hoc
recipit. vt ſiue in manifeſto ſiue in occulto
talis conſenſus inter legittimas perſonas

factus fuerit perfectum coniugij ſacramē-
tum iudicetur. Quod ſi ita verum eſſe con-
ſtare debebit. conſiderandum eſt quomo-
do ſupra memorate queſtioni reſponderi
oporteat. Dubium non eſt quia id quod
eccleſie probari non poteſt. eccleſia ipſa iu-
dicare non poteſt. Et rurſus dubium non
eſt quia id quod legitimo et manifeſto ec-
cleſie iudicio factum eſt ſine legitima et ra-
tionabili et manifeſta cauſa reſcindi nō po-
teſt. Ratio nos vrget. Iſta mulier dicit q̄a
pari conſenſu cum viro illo matrimoniuȝ
fecit. Sed quod dicit nec ipſa probare po-
teſt. nec eccleſia quod probatuȝ non eſt ap-
probare poteſt. Non poteſt ergo pro eo
quod occultum eſt id quod manifeſtū eſt
infirmari. Quapropter oportet vt ſecun-
dam copulaȝ que iudicio eccleſie legitime
facta eſt ipſa eccleſia iudicet ratam eſſe de-
bere. Sed dicis. Quid ergo faciendum eſt
huic mulieri que virum ſuuȝ ab eccleſia re-
quirit ſed habere non poteſt. quia id quod
occultum fuit probare non poteſt. fortaſ-
ſis cum viderit ꝙ marituȝ ſuum habere nō
poteſt. alteri nubere volet et veniet ad eccle-
ſiam expoſtulans vt aut ſuus illi maritus
reddatur. aut alteri nubere cōcedatur. Hic
ergo queris quid eccleſia facere debeat. ſi
propterea quia priorem reddere nō poteſt
ſecunduȝ concedat? Sed vide quomodo
concedere eccleſia poſſit illi maritum alte-
rum que ſuum adhuc viuum eſſe confite-
tur. Ipſa dicit vir meus viuit ⁊ tamen pete-
re preſumit vt alteri nubat. Ergo dicis ad
continentiaȝ cogenda eſt mulier iſta. Iſta
ſane quia negligentiam cauere noluit iu-
ſtum eſt vt penam ſuſtineat. Quare in ma-
nifeſto non nupſit? ſi prius in nubendo te-
ſtimonium eccleſie habere cōtempſit qua
ratione nunc iudicium eccleſie interpellat.
Ipſa ſe igitur obligauit. Suſtineat ita-
qȝ nunc penam negligentie vt alijs mulie-
ribus ne idem preſumant correctionis et
cautele exemplum fiat. Continere pecca-
tum non eſt nec impoſſibile eſt etſi difficile



eſt. Si ergo mulieres nolunt continere ca-
ueant in occulto nubere. ibi nubant vbi te-
ſtes habere poſſunt ſi maritos conſentien-
tes habere non poſſunt. ꝙ ſi culpam vitare
nolunt ſuſtineant penam. Qui ergo con-
iugium ſuſcipere vult cogitet primuȝ quia
cum illud ſuſceperit legem eius portare de-
bebit. Qui appetit quod delectet portat ne-
ceſſe eſt ſi in eo vel pro eo euenerit etiam id
quod grauat. Non ergo permittit eccleſia
illi mulieri que ſe alteri viro nupſiſſe confi-
tetur. illo viuente ad alias tranſire nuptias
etiam ſi poſtmodum contingat vt ideȝ ipē
vir poſt celebrationem ſecundarum nupti-
aruȝ ad ſe reuerſus et de facto penitens pec-
caſſe ſe confiteatur. ⁊ ad priorem vxorem re-
dire voluerit. eiqȝ de veritate primi pacti
conteſtetur non recipit eccleſia teſtimoni-
um eius. quia variauit verbum ſuum. et
contra ſemetipſuȝ teſtimonium tulit et ab-
ſtulit ſibi fidem ab vtroqȝ. Tamen eccleſia
id quod ipſa fecit ſine cauſa legitima reſci-
dere non poteſt. ſed ratum eſſe debere cen-
ſet. ne occulta manifeſtis preiudicent. Ita-
qȝ illam mulierē homini pro legitima vxo-
re adiudicat quam ſcđm iudicium eccle-
ſie legitime duxiſſe cognoſcitur. Sed dicis
ſi ſic? ergo iudiciuȝ eccleſie ſtare debet. quo-
niam occulta manifeſtis preiudicare non
poſſunt. quid illi homini pro anima ſua fa-
ciendum eſt qui viuente vxore ſua alteri
adherere cogitur. quam nec dimittere po-
teſt. ne preceptioni et iudicio eccleſie con-
traire videatur. nec ſine ſcrupulo conſcien-
tie tenere quam viuente adhuc priore con-
tra diuinam iuſticiaȝ et inſtitutionem illici-
te ſibi ſociaſſe cognoſcit. Si ergo iſte talis
ad eccleſiam confugiat querens conſilium
ſalutis quid illi dicet eccleſia. Audi et intel-
lige quid illi dicere poteſt eccleſia. ſi dixerit
ei eccleſia vt ſecundam quaȝ publice duxit
dimittat et ad priorem reuertatur quā mo-
do ſe contra primam teſtationem ſuaȝ vxo-
rem habuiſſe confitetur. et in hoc receperit
teſtimonium eius. omnes deinceps qui
odio habebunt vxores ſuas fingent ⁊ men-

tientᷣ ſe prius alias duxiſſe. vt ab his quas
oderunt ſeparentur. et ita lex matrimonij ni-
hil in ſe ſtabilitatis habebit. ſed paſſim vbi-
qȝ pro voluntate vniuſcuiuſqȝ diſſoluetur.
Non ergo eccleſia aliud dicere illi poteſt
q̄ȝ vt matrimonio quod eius atteſtatione
firmatum eſt fidem ſeruet. Sed dicis. cau-
ſa illi eſt pro anima ſua. conſilium ſalutis
querit. Nam vtrobiqȝ periculum videt et
quid potius eligat non inuenit. Si manet
contra conſcientiam ſuam facit. Si diſce-
dit contra obedientiā facit. Non ergo iam
querit. ſi diſcedere liceat. ſed ſi non diſcedit
vtrum permanere expediat. conſcientiam
exponit. et conſilium ſalutis querit. Quid
illi dicet eccleſia homini confitenti peccatū
et querenti conſilium? Si dixerit illi vt ma-
neat poſtquam reuelauit peccatuȝ. hoc eſt
dicere quantum videtur et maneat in pec-
cato. Si vero nec hoc nec illđ dicere poteſt
quantum videtur homini tali via ſalutis
monſtrari non poteſt. Sed hoc rurſum
multum a fide chriſtiana abhorret. vt di-
catur aliquis talis eſſe qui non poſſit ſi ve-
re penituerit in qualicunqȝ ſit periculo ſal-
uus eſſe. Multa ſunt que ad hunc moduȝ
contingere potuiſſent. Alius dicit ſe cum
ſorore aut cum matre vxoris ſue rem habu-
iſſe. Alius vxorem ſe prius aliam duxiſſe
fatetur. et multa alia horrenda que miſeria
hominum vel falſa confingit vel vera com-
mittit. Et verum eſt quia multa fiunt hor-
renda ab hominibus. deſiderijs ſuis ma-
lis excecatis vt faciant que non oportet. et
ſunt tanta hec mala vt vix conſiliuȝ admit-
tant. niſi deus qui legem dedit gratiam et
miſericordiam preſtet. Per legem enī non
iuſtificabitur in conſpectu eius omnis ca-
ro. Sicut olim maledictum legis omnes
qui ſub lege erant ꝑmebat. nec erat qui eua-
dere potuiſſet maledictionem. quia nō erat
qui cauere poſſet preuaricationem. donec
ipē legiſlator veniens maledictōeȝ abſtulit
ꝑ gratiam. et ne ſempꝛ maledictio ⁊ p̄uarica-
tio regnarent ꝑ eandem gratiā ipſam etiaȝ
legem mutauit. ita et modo nōnunq̄ȝ cum

homo peccato ſuo et malicia vrgente in ne
ceſſitatem peccandi venit . nec poteſt legeꝫ
portare niſi malediccioneꝫ preuaricatõnis
incurrat. commutat illi deus per miſericor
diam legeꝫ ⁊ donat penitenti vt ſaluus eſſe
poſſit. qui vtiqꝫ non ſaluaretur ſi per iuſti-
ciam et rigorem legis ſine miſericordia iu-
dicaretur. Non tibi fortaſſis ſcd̃m eſtima-
tionem tuaꝫ reſpondeo . de meo eſt non de
tuo quod loquor. Non aliud poſſũ. quod
mihi mens ſuggerit profiteor. Si aliud di-
cerem contra conſcientiaꝫ meam et eſtima
tionem dicerem. Quiſqꝫ pro ſe iudicet. ego
tibi de corde meo loquor. Venit peccator
ad me et exponit mihi conſcientiam ſuam
conſilium ſalutis querens. quid illi dicam
Si dixero illi recede. facio illum inobedien
tem eccleſie matri ſue. et exemplo eius alioſ
confirmo vt dimittant vxores ſuas legiti-
mas. et cuꝫ eas odio habuerint fingant q̊d-
cunqꝫ ſibi placuerit et mentiantur eccleſie
vt libertatem habeant recedendi ab eis qꝛ
eas non amant. Et ſi hoc eccleſia receperit
et paſſa fuerit veniet magnum malum ⁊ di
mittent omnes pro libito aut viri vxores
ſuas aut mulieres maritos ſuos. et ꝑ vno
homine multi dãnabuntur. quod fieri ita
non oportet. Quidam acute ſe conſideraſ-
ſe putauerunt ſibi non proximo conſulen-
tes dicentes. quotiens eiuſmodi forte cõtin
geret aliquid eccleſiaꝫ vtrunqꝫ facere debe-
re. et in occulto ſcilicet penitenti conſulere.
vt ab eiuſmodi copula recederet. ⁊ in mani
feſto diſcedentẽ cogere vt maneret. Quod
quidem non eſſet ſalutem proximi querere
ſed quaſi ſe velle a periculo liberare. Non
mihi ſuadet conſciẽtia mea vt hoc illi dicaꝫ
Querit a me quid ſibi faciendum ſit oſten-
dit periculum ſuum. neceſſitatem ſuam de
monſtrat. ſeparatum eſſe teſtatur ad vtrũ-
libet quodcũqꝫ iuſſus fuerit . Ego minus
de meo confido. dico illi vt pergat ad deuꝫ.
Domine tu legeꝫ dediſti per ſeruos tuos
qualem voluiſti. et per quos voluiſti . Et
ecce nos ſerui tui ſub lege ſumus . tu domi-
nus lator legis ſub lege non es. Quod inſti

tuiſti quando voluiſti et quãdiu voluiſti .
potes cum volueris et quibus volueris ſi-
ne preuaricationis reatu indulgere. Neqꝫ
enim iaꝫ culpa erit ꝙ indulgentis eſt remiſ-
ſio non agentis preſumptio. Tu ergo prece
piſti domine per ſeruos tuos per quos lo
cutus es. et ordinaſti eccleſiam tuam vt vir
viuente vxore ſua alteri nõ adhereret. Ego
vxorem habui et illa viuente alteri adheſi .
Ecce iam ego facere non poſſum vt hoc fa
ctum non ſit. Sed tu domine facere potes
vt hoc damnabiliter factum non ſit. Iteꝫ tu
mandaſti domine vt eccleſie tue vicem tuã
in terra agenti obediremus ſicut tibi . et vt
non ſcandaliſaremus vnũ de puſillis tuis.
⁊ dixiſti. quia qui eccleſie tue mandatũ ſpe-
neret tibi obediens non eſſet. Ecce ego mi
ſer propter peccata mea in contradictionẽ
veni. laqueũ incidi neceſſitatis vt exire ſine
peccato non poſſim Si maneo accuſat me
cõſcientia mea aduerſũ te de occultis meiſ
quibus contra tuã diſpoſitioneꝫ facio. Si
recedo inobediens ero eccleſie tue. et ſcãda
liſo non ſolũ puſillos ſed etiaꝫ magnos ſer
uos tuos qui in hac parte quod occultum
eſt neſciunt. tamen quod iuſtũ eſt volunt. ⁊
accuſat me conſcientia mea de manifeſtis
meis quibus contra tuã preceptionẽ ago .
Ego igitur in arto poſitus et cinctus vndi
qꝫ periculis tuam miſericordiam imploro
paratus ad omne quod iubes ſi illud ſcire
deberis. Si dixeris diſcede non maneo. ſi
dixeris mane non diſcedo. Scio enĩ quod
te iubente fit. malũ eſſe non poſſe quodcun
qꝫ illud fuerit. Tua eſt enĩ poteſtas ex qua
bonũ eſt omne quod tibi placuerit. Cui in
dulges non imputatur. cui imputas non
ĩdulges. Si ergo tu dñe iuſſeris vt poſtpo
ſito ecclie ſcandalo ⁊ cõtẽpto mãdato magi
ſtrorum meorum quos mihi dediſti et quibꝰ me
obedire precepiſti. ego magis te audio q̃ꝫ
hominẽ quem audire ñ debeo. niſi propter
te nec volo contra te. Si ergo tu iubes do
mine ad hominem non attendo. Si auteꝫ
parcere vis puſillis tuis et ecclie tue aucto
ritatem propter ſalutẽ multorũ cõſeruare.



Ego quidem pro peccatis meis in iudicio
tuo ſum. ſed tamen ſcio quia benignꝰ et mi
ſericors es , et potes ſi volueris non impu
tare neceſſitatem. ſi acceptam habueris vo
luntatem . Magis ergo volo incidere in
manus tuas q̃ꝫ in manus hominũ. q̊a tibi
et adeſt poteſtas ⁊ nõ deeſt pietas. Homo
mutare legem non poteſt. lex tibi nõ domi
natur qui conditor ⁊ dominus legis es. ho
mo facta iudicat non voluntatem. tu factiſ
parcis ꝓpter voluntatem. Confidens ergo
ĩ miſericordia tua occulta neceſſitatis mee
tibi cõmitto non preſumens propter timo
rem tuum eccleſie ſcandalum facere. quia
ſpero ꝙ offenſam tuam mihi pie ignoſcere
debeas. Cũ idcirco ñ preſumo offendẽ pro
ximum. ne in proximo et proximũ offendaꝫ
et deum meum Sic mihi videtur quotiẽs
occulta aliqua in neceſſitate conſcientiam
remordent. maxime ſi talia fuerint in q̊bus
diſpenſatio inſtitutionis indulgentiaꝫ ad-
mittat. quia ea que contra naturam ſunt
et ſine peccato nunq̃ꝫ fieri potuerunt. non
accipiunt remiſſionem. niſi habuerint cor-
rectionem. In huiuſmodi ergo occultis in
quibus temporalis inſtitutõnis non natu-
ralis preceptõnis preuaricatio eſt. videtur
mihi nunq̃ꝫ ea que latent manifeſtis ⁊ ma
xime his que ſine graui ſcãdalo mutari nõ
poſſunt preiudicare debere. ſed magis expe
dire vt in manifeſtis ſcandalum caueatur.
et de occultis ad gratiam ⁊ ad miſericordi
am fugiatur. Poſſe auteꝫ fieri vt quod ali-
quando pro ſcandalo vitando ex neceſſita
te contra inſtitutionem agitur. quia occul
tum eſt et probari ac per hoc vitari non po
teſt. penitenti et dolenti per miſericordiam
non imputetur. Vir poteſtatem ſui corpo-
ris non habet ſed mulier . ſimiliter mulier
poteſtatem ſui corporis non habet ſed vir.
Poteſt ergo vir ſiue mulier peccãdo face-
re vt poteſtatem in corpore alteriuſ perdat
ſed facere non poteſt vt alteri poteſtatẽ ſui
corporis quantum in ſe eſt tollat. quod ſui
iuris eſt perdere poteſt. quod ſuum nõ eſt
tollere non poteſt. Sic ergo et ſi aliquãdo
faciat vt debitum ſuuꝫ in corpore alterius

iure exigere non poſſit. non tñ facit vt debi
tuꝫ alterius in corpore ſuo negare iure poſ
ſit. Queritur ergo et de his qui ſe dicunt
poſt coniugalem pactionem ſiue ante cuꝫ
ſororibus aut matribus aut alijs quibuſli
bet linea cognationis propinqui commer
cium habuiſſe carnale quid faciendum ſit.
ſi hoc factuꝫ eſſe legitimo teſtimonio com-
probari poſſit . Ego quidem quãdiu fieri
rationabiliter poſſet propter ſeruandaꝫ pa
cem thori coniugalis eiuſmodi teſtimonia
et probationes declinarem. Si autem res
omnino manifeſta fieret . tunc quideꝫ pro-
pter horrorem facti et ſcandalum vitandũ
ſeparationem fieri ſuaderem. ſic tamen vt
vterqꝫ in continẽtia permanere cogeretur
quoniam quidẽ coniugij ſacramentum ad
inuicem non ſcinderetur. etiam ſi opus car
nalis commercij contradiceretur. Si quis
autem dicat quomodo mulier que nõ pec
cauit cogi poſſit ad continentiam in vita.
videat et hoc eſſe de miſeria carnis a cuius
voluptate qui ſe in proſperitate nõ cohibet
dignum eſt vt in aduerſitate quoqꝫ dolo-
res illius portet. Iſta mulier que modo di-
cit ſe continere non poſſe quid faceret ſi ma
ritus eius longa et continua vel etiam per
petua egritudine premeretur. Queꝫ ergo
non deſereret in languore corporis iacen-
tem non deſerat modo de iniquitate peni-
tentem. Vel ſi forte conditionem carnis ſu
ſtinere non vult. legi carnis ſe non ſubijciat
neqꝫ ſuſcipiat ad delectationem quod pa-
ti non vult ad afflictionem. Et hec quidem
de occulto conſenſu coniugij ſiue de cete-
ris que in eo occulta ſunt vel occultanda ⁊
verenda eſſe poſſunt nobis dicenda fuerũt
Fatemur ergo ſicut dictum eſt in conſen-
ſu maritali coniugium ſancciri. et q̊a poſt
ipſum legitime factum quicquid aliud fit
contra ipſum ſtare non poteſt . ſi hic ſolus
legitimo teſtimonio probari poteſt. Poſt
q̃ꝫ ergo demonſtrauimꝰ q̊d ſit coniugium
et ex quo coniugiũ ſit dicendum vt ratum
eſſe debeat. Nunc conſequenter de bonis
coniugij tractandum eſt.

Q̄ tria ſunt bona que coniugiū comitantur. id eſt. fides. ſpes plis. ſacramentum. Capitulum. VII.

t **Ria ſūt principa**
liter bona coniugii que coniugiū
comitantur. fides. ſpes prolis. ſa-
cramentum. In fide attenditur ne propter
vinculum coniugale cum altera vel altero
concubatur. In ſpe prolis attenditur vt de
uote expetatur. vel exſpectetur. amanter ſu
ſcipiatur. religioſe nutriatur. In ſacramen
to attenditur ne coniugium ſeparetur. ⁊ di
miſſus aut dimiſſa nec cauſa prolis alteri
copuletur. Hec ſunt bona que opponit cō
iugium contra eaꝫ que in carne peccati ad-
huc manet concupiſcentiam carnis ſine q̄
carnis cōmixtio fieri non poteſt. Bonum
quippe coniugij vt dicit beatꝰ Auguſtinus
malum inobedientium membrorū limitat
quodāmodo et modificat vt concupiſcen-
tia carnalis fiat ſaltem pudicicia coniuga
lis. Duobus modis autem bonū hoc con-
tra malū illud remediū occurrit. dum et il-
lum īmoderate libidinis ardoreꝫ ſub certa
regula vnius federis limitando a vago cō
cubitu modificat. et eum qui per ſe malus
eſſꝫ. per bona ſibi adiuncta excuſat. Nec tñ
facit vt malum prorſus non ſit. ſed vt dam
nabile non ſit. quippe pꝑter hoc malum nō
ſit culpabile illud bonuꝫ. imo propter hoc
bonum veniale fit illud malum. Niſi enī
malum eſſet non opus haberet excuſari. et
rurſum niſi remedium haberet deberet im
putari. Si autem coniugiū nihil boni in ſe
haberet. remediū contra malū eſſe non poſ
ſet. Nunc autēꝫ ipſa que ei inſunt bona ma
lum quod ab eo non queritur. ſed in eo to-
leratur excuſant vt nō imputetur ad dam-
nationem quod neceſſitas imponit nō vo
luntas exigit. Item Auguſtinus ad Vale-
rium. Non tantum fecunditas cuiꝰ fructꝰ
eſt in prole. nec tantum pudicicia cuiꝰ vin-
culuꝫ fides eſt. ſed etiā ſacramentū nuptia
rum cōmendatur fidelibꝰ coniugatis. Hu
ius ſacramenti res eſt vt legitime copulati
q̄ꝫdiu viuunt nō ſeparentur.

Vtrum hec bona inſeparabilia ſint coniugio an non.
Capitulum. VIII.

ſ **I fides coniugij**
eſt preter maritalem copulā aliā
neſcire. et violatio fidei huius ad
ulteriū cōmittere. patet q̄ ita hoc bonū con
iugio adheret vt ſi quidē aſſit. ex eo ampli
us coniugiū cōmendetur. ſi non aſſit. non
tamen coniugij ſacramentum annihiletur
Que enim adultera eſt non ideo coniunx
non eſt. quia adultera eſt. imo ſi coniūx nō
eſſet. adultera eſſe non poſſet. Non eniꝫ ad
adulteriuꝫ eſt niſi cum fides thori legitimi
violatur. quod vtiqꝫ cū fit culpa cōmittit.
ſacramentū non caſſatur Similiter ſi ſpes
prolis eſt in eo q̄ deuote expectatur. aman
ter ſuſcipitur. religioſe nutritur. non dubiū
eſt et hoc quoqꝫ bonū omni coniugio ſiue
cōiugibus omnibꝰ ſemper adeſſe nō poſſe.
Quomodo enī ab illis proles ſperatur. vel
exſpectetur. qui vel pari voto continentiaꝫ
cuſtodiunt. ſiue pro etatis defectu ampliꝰ
generare non poſſunt. Itaqꝫ duo hec. id eſt
fides et ſpes prolis ita ↄiugiū comitant. vt
vbi quidē aſſūt coniugiū in altero ſinceriꝰ.
in altero fructuoſiꝰ appareat. Vbi aūt non
aſſunt aut culpabilius aut infructuoſius
probetur. et tamen coniugiū eſſe non deſi
ſtat. Sacramentū autē ita īſeparabile eſſe
videtur. vt ſine illo coniugiuꝫ omnino eſſe
non poſſit. Vnde Auguſtinꝰ. Vſqꝫ adeo
fedus nuptiale cuiuſdam ſacramenti res ē
vt nec ſeparatione irritum fiat. quia viuen
te viro a quo relicta eſt mechatur ſi alteri
nupſerit. Hoc autem vult tanta ſibi firmi
tas vinculi coniugalis. q̄d non tantū vale
ret niſi alicuiꝰ maioris rei quoddam ſacra
mentuꝫ adhiberetur. quod inconcuſſū ma
net. quia īteruueniente diuortio nō abolet
nuptialis confederatō. ita vt coniuges ſint
etiam ſeparati. Nam quia duo ſunt diuer
ſa. coniugiū q̄d conſtat in legitima ſocieta
te. et coniugij officium q̄d conſtat in carnis
cōmixtione. et in altero quidē. id eſt. in cōiu
gio ſacramentum eſt. ad alterū vero. id eſt.
ad officiū coniugij fides ⁊ ſpes plis pertine
re videt Vnum. i. fides vt per eā illicita car-
nis cōmixtō caueatur. Alterū. id eſt. ſpes pl'
vt pꝑter eā licita carnis cōmixtio exerceat.
ſicut ipſum officiū carnalis cōmercij a cōiu
gio abeſſe poteſt. ita etiā ipſū coniugiū ſine
his que ad officiū cōmercij carnalis ptinēt
eſſe poteſt. q̄ꝫuis vt dictū ē. ſi fide careat mi
nus ſincerū. ſi autem ſpe prolis careat minꝰ
fructuoſū inueniat. Fides enim fructū habꝫ
in caſtitate pudicicie cōiugalis. ſpes prolis
fructū habet in vſu fecunditatis. Cōiugiuꝫ
autē in ipſa ſocietate maritali ſacramētuꝫ ē
⁊ ideo ſicut ipſa ſocietas vtroqꝫ viuēte non
diuiditur. ita et ſacramentū ſocietatis cōiu
galis q̄ꝫdiu cōiugiū ↄſtat ab ipſo non ſepa
ratur in q̊ videlicet ↄiugio ſacramētū foris
eſt indiuiſa ſocietas. res ſacramēti intꝰ adin
uicē flagrās pſeueranter aīorū caritas. ſacra
mentū foris ad xp̄m ⁊ ecclīam. res ſacramē
ti intus ad deū ⁊ animā. vt ſicut in copl'a car
nis xp̄i et eccleſie ſacramentum diximꝰ ita
etiā in federe ſocietatis eiuſdem ſacramētū
oſtendamus. Hoc ergo dictum eſt vt oſtē-
datur. quia aliquādo cōiugium ſine fide et
ſine ſpe prolis eſt. ſine ſacramēto autem eē
nunq̄ꝫ pt q̄ꝫuis ⁊ ipſuꝫ ſacramētū aliquotiēſ
eſſe inueniatur. vbi ſanctitas ſacramēti nō
eſſe oſtenditur. Dicit enim beatꝰ auguſ. q̄a
ſacramētum ↄiugij omnibꝰ gētibꝰ commu
ne eſſe poteſt. ſāctitas autem ſacramēti nō
niſi in ciuitate dei noſtri eſt. ⁊ in mōte ſacto
eius. Quod quemadmodum verum ſit fa
cile videre poteſt q̄ ſuperiꝰ dicta cōſiderat.
Diximꝰ ei ſupra q̄ in ↄiugio ſacramētū du
plex ↄſtaret. Vnū in commixtione carnali
ſacramētum illiꝰ ſocietatis q̄ eſt inter xp̄um
⁊ eccleſiam. Aliud in ſocietate ↄiugali ſacra
mētum illiꝰ ſocietatis que eſt inter deum et
animam. ſiue etiam q̄ xp̄i ⁊ ecclīe ſacramē-
tum eſſet in ſocietate ↄiugij. Dei vero ⁊ ani-
me ſacramētum in dilectiōe ↄiugali. Siue
igitur hoc ſiue h̄ mō ſacramētum ↄiugij ac
cipiat. recte ſacramētum ↄiugij omnibꝰ gen
tibus cōmune eſſe dicitur. Sāctitas auteꝫ
ſiue virtꝰ ſacramēti non niſi in ciuitate dei
noſtri. ⁊ in mōte ſancto eiꝰ. h. eſt. in fide ⁊ ca
ritate in eccleſia videlicet ſancta et inter fide
les eſſe perhibetur. Sacramētum autem ↄ-
iugij habēt q̄ pari ↄſenſu ad eam que a deo
inter maſculum ⁊ feminam inſtituta eſt ſo
cietatem indiuiſe adinuicem ↄſeruādam ↄ-
uenerūt. Sacramēti vero hꝰ ſanctitatē non
habent niſi hi ſoli qui p fidem membra xp̄i
facti ſunt. ⁊ p caritatem intꝰ mente ⁊ deuoti
one deo vniti ſunt.

De his qui in coniugio incōti nenter viuunt. et plus explende libi dini q̄ꝫ generande proli inſeruiunt
Capitulum. IX.

b **Eatus auguſtinꝰ**
de his qui tali incontinentie ſiue
infirmitate ſiue voluptate victi ī
ſeruiunt ſic dicit. Concubitum qui nō fit cā
prolis nuptie non cogunt fieri ſed impetrāt
ignoſci. ſi tamē nō ita ſit nimius vt impedi
at tempora que orationi debentur. nec īmu
tetur in eū vſuꝫ qui contra naturaꝫ eſt. Con
cubitus eniꝫ qui eſt neceſſarius cauſa pro-
lis inculpabilis eſt tantūmodo ſi eſt nuptia
lis. Qui auteꝫ vltra neceſſitatē iuſtā pgredi
tur iaꝫ non rationi ſed libidini obſequit. et
hunc non exigere ſed reddere cōiugi ne for
nicetur ad coniugeꝫ ptinet. Si vero ambo
tali concupiſcētie ſubiguntur rem faciunt
que non eſt nuptiarū. cuius delicti non ſūt
nuptie exhortatrices ſed deprecatrices. De-
cus quidē ↄiugale eſt caſtitas procreādi et
reddendi carnalis debiti fides. Hoc eſt opꝰ
nuptiarū q̄d ab omni crimine defēdit apl's
dicens. Si acceperis vxorē nō peccaſti. et ſi
nupſerit virgo nō peccat Immoderata. au
tem pgreſſio ſm veniā ↄcedit. ſanctitati etiā
ↄiugij nec infidelis ↄiunx obeſſe poteſt. ſed
potius fidelis prodeſt infideli. Vñ apoſto
lus. Sanctificatus eſt vir infidelis p mulie
rem fidelem. ⁊c.

Qua ratione antiqui ſimul plu res vxores habuerunt
Capitulum X

b **E hoc ſimilr bea**
tus Auguſtinꝰ ſic ait. Antiquiſ

tēporibus cū adhuc ſalutis noſtre miſteriū
velaretur iuſti officio ꝓpagādi nuptias cō⸗
trahebāt nō victi libidine ſꝫ ducti pietate q̄
multo facilius ↄtinere poſſent et vellēt. Ute
banť tñ ↄiugibus ⁊ plures vni viro habere
licebat quas caſtius habebat q̄ꝫ nūc vnam
q̄libꝫ iſtoꝝ in q̄bꝰ videmꝰ qd̄ ſm veniā con
cedit apl̄s. Habebāt eniꝫ eas in opere gene
randi nō in morbo deſiderij Ide in li. de vir
ginibꝰ. Antiquis iuſtis non fuit peccatū ꝙ
pluribus feminis vtebantur. neqꝫ cōtra na
turā hoc faciebant: cū nō laſciuiendi cā. ſed
gignendi hoc facerēt. neqꝫ ↄtra morē q2 eo
tēpore ea fiebant. neqꝫ ↄtra preceptū. q2 nul
la lege erat ꝓhibitū. Uerūtamē ſicut ideꝫ ali
bi teſtatur. magis ꝑtinet ad bonū nuptiaꝝ
vnū cū vna q̄ꝫ cū multis copulari. qd̄ indi⸗
cat ꝑmi coniugij copula diuinitꝰ facta vt in
de cōnubia ſumerent initiū vbi honeſtiꝰ at⸗
tenderetur exēpluꝫ. Iteꝫ ideꝫ. Sicut non eſt
impar meritū patientie in petro q̄ paſſꝰ eſt
⁊ in iohanne q̄ paſſus nō eſt. ſic non eſt ip̄ar
meritū ↄtinētie in iohanne q̄ nullas exꝑtuſ
eſt nuptias. ⁊ i abrahā qui filios generauit
Et illius eniꝫ celibatꝰ ⁊ iſtiꝰ cōnubiū ꝓ tēpo
rū diſtributione xp̄o militauerūt. ſed ↄtinē⸗
tiaꝫ iohānes in opere. Abrahā in ſolo habi⸗
tu habebat. Melior eſt autē caſtitaſ celibū
q̄ꝫ caſtitas nuptiaꝝ. quarū abrahā vnaꝫ ha
bebat in vſu ābas in habitu. Caſte eniꝫ con⸗
iugalit̄ vixit. eē āt caſtꝰ ſine ↄiugio potuit. ſꝫ
tūc ñ oportuit Ioē. Iuſtꝰ q̄ꝫuiſ cupiat diſſolui
⁊ eē cū xp̄o. tñ ſumit alimētū non cupiditate
viuendi. ſed officio cōſulendi vt maneat qd̄
neceſſariū eſt ꝑpter alios. Sic miſceri feīs
iure nuptiarū officioſū fuit ſanctis viris nō
libidinoſū. Qd̄ eniꝫ eſt cibꝰ ad ſalutē hoīs:
hoc eſt concubitus ad ſalutē generis. ⁊ vtrū
q̄ꝫ non eſt ſine delectatiōe carnali. que tamē
modificata et refrenāte tēperantia in vſuꝫ
naturaleꝫ redacta libido eſſe nō poteſt. Qd̄
autē eſt in ſuſtentando victu cibus illicitus
hoc eſt in querenda prole fornicariꝰ vl̄ adul
terinus concubitus. Et qd̄ eſt in cibo licito
immoderatior appetitus hoc eſt in coniugi
bus venialis ille ↄcubitus.

Si coniugium dicendum eſt qd̄
aliquando diſſolui poteſt.

Capitulum XI

q Uidam coniugi
uꝫ omnino eſſe negāt qd̄ aliq̄n di
ſcidiū admittit. Inueniūt eniꝫ au
ctoritates q̄ſdaꝫ et verba ſcripturarū diuina
rū a ſanctis patribus ꝓlata q̄bus q̄ſi idipm̄
videtur aſtrui. Dicit eniꝫ beatꝰ Auguſtinꝰ
in li. de bono coniugali vſqꝫ adeo fedus nu
ptiale cuiuſdaꝫ ſacramenti res eſt. vt nec ſe⸗
paratione irritū fiat. quia viuente viro a q̄
relicta eſt mechať ſi alteri nupſerit. Et item
quia interueniente diuortio nō aboletur nu
ptialis confederatio. ita vt ↄiuges ſint etiaꝫ
ſeparati. Propter hmōi aſſertiones videť il
lis non eſſe dicendū coniugiū etiaꝫ quando
eſt qd̄ aliquando ita diſcidiū ⁊ ſeparatiōꝫ
admittit vt diuiſi ab īuicē ↄiuges ñ appellen
tur. Sed mihi interiꝫ non apparet qua ratō
ne ꝓbare poſſit. quia hec ad v̓tutē ſacramē⸗
ti coniugalis pertinet vt indiuidua ab vtriſ
q̄ꝫ ſocietas q̄ꝫdiu vterqꝫ viuit conſeruet. ꝓ⸗
pterea cōiugiū non fuiſſe qd̄ aliq̄ndo diſſol
ui potuit. Si enim idcirco h ↄiugiū nō eē
dicūt. q̄a hec ea que ad ↄiugiū ꝑtinēt in toto
nō haber. intēdāt q2 cū dictū eſt indiuiduā
ſocietatē ad ↄiugiū ꝑtinere. vere dictū eſt. q2
hanc ↄiugiū habere debet q̄n. ſ. eſt vbi eē de
bet. Hec eniꝫ cōiugij eſt ⁊ hāc ↄiugiū exigit
ſiue potiuſ confert q̄ntū in ſe eſt ſicut baptiſ
mi eſt remiſſionē cōferre peccatoruꝫ. ⁊ vere
dicitur cū dicit. q2 baptiſmꝰ remiſſiōeꝫ oīm
peccatoꝝ ↄfert. ⁊ ſicut ſacramenti corporis
xp̄i virtus eſt ſocietatē ⁊ participationē xp̄i
conferre. ⁊ vere dicit cū dicitur. q̄a ſuſceptio
corporis xp̄i cōfert ſpūaleꝫ participationeꝫ
xp̄i. ⁊ tñ q̄ fictꝰ baptiſmi ſacramentū accipit
remiſſiōeꝫ peccatoꝝ non percipit et q̄ indi⸗
gne manducat corpꝰ xp̄i nequaq̄ꝫ per id me
retur ſpiritualeꝫ participationē xp̄i. Sic er
go vere hec ad illa pertinere dicimꝰ: ⁊ tñ il
la ſine iſtis aliquotiens inuenimꝰ. nec ideo
minꝰ ad illa pertinent. q2 ſine iſtiſ aliq̄n ſūt
illa: q̄ndo videlicet ſūt vbi eē ñ debēt ⁊ apd̄
q̄s eſſe nō debent. miruꝫ eſt ſi indiuiduā ſo
cietatem ad coniugium pertinere dicimꝰ:

Pars Undecima

cum tamen cōiugium ſine illa inueniamꝰ:
quādo videlicet eſt vbi eſſe nō debet. ⁊ apd̄
q̄s eſſe non debet. Q, ſi idcirco ↄiugij ſacra
mentū nō eſſe dicunt. q̄a hoc non habet qd̄
habere debet. q̄ndo eſt vbi eſſe non debet. di
cant ſimiliter baptiſmi ſacramētū veꝝ non
eſſe apud fictum. ⁊ fictū vere baptiſatū non
eſſe. q̄a ibi remiſſionem peccatorum nō ope
ratur. ⁊ verum corpꝰ xp̄i nō eſſe qd̄ indigne
percipitur q̄a illic participatio ſpūaliſ xp̄i ñ
confertur. Intelligāt ergo q̄a q̄tiēs eiuſmo
di ſpūales effectus ſacramentis diuinis at
tribuunť virtꝰ ipſoꝝ ſacramentoꝝ exp̄mit. i
quo quidem nō oſtendiť qd̄ ſm viciū ſacra
mentis dei abutentium futurum ſit. ſed po
tius quid ex ipſis ſm efficaciaꝫ grē ſpūalis
que in ipſis eſt ſi in prauitate abutētiū non
remaneat. fieri poſſit. Qui ergo hoc cōiugi
um habere dixit. hoc vtiqꝫ dicere voluit. q̄a
ↄiugiuꝫ hoc q̄ntū in ſe eſt habere debet. ſi fu
erit vbi eſſe debet. Si autem forte nō fuerit
vbi eſſe debet non mirum eſt ſi eo careat qd̄
habere debet. neqꝫ ideo minus tamē veruꝫ
eſt ſacramentum dū eſt q̄ꝫuis minꝰ vtile ſit
illi in quo eſt. Adhūc modum putamꝰ que
dam coniugia vere dici poſſe q̄ꝫdiu ſm iudi
cium eccl̄ie rata habenť. q̄ tamē poſtmodū
emergentibus cauſ legitimiſ recte ſoluunť
⁊ ſi poſtea contra eccleſie ꝓhibitionem per
tinaci p̄ſumptione tenentur. illicite ⁊ illegi
time copulationes iudicanť. non tamē hoc
de omnibus ſicut ſupra memoraui ſic ſenti
endum eſtimamus. Nam facta horroriſ ex
cuſatione nulla legitimoꝝ nomē poterūt re
tinere. Aliud eſt enim de illis vbi venialiter
peccatur. vt videlicꝫ ſi q̄s infra ſeptimū aut
ſextū. aut etiā fortaſſiſ q̄ntū grdum lineā pro
pinq̄tatis ignorās temeraret qd̄ q̄dem non
tantū ↄtra naturalem ſiue antiq̄ꝫ legalē inſti
tutionē q̄ntū ↄtra ſubſequentē eccl̄ie p̄cepti
onē eſſet. Legimꝰ ꝙ Beatꝰ gregoriꝰ anglis
nouiter ad fidem ↄuerſis. ne forte xp̄ianā re
ligionē horrerēt diſpēſatorie ↄceſſit a q̄nto
gradu ↄſanguinitatis ↄiugia copulare. i q̄
que debuiſti. iocūdum reddidiſti me. Un̄
placide ad inquiſita reſpōdeo. Sedem apo-
ſtolicā ꝯſulere decreuiſti. ſi mulier copla nu-
ptiali extrāeo viro iūcta cognatōi ei⁹ ꝑueat
ſi eo defūcto cognatio maneat eadē. vł ſi ſub
alio viro cognationis vocabula diſſoluanť
vel ſi ſuſcepte ſoboleſ poſſint legitie ad ꝑoꝛiſ
viri cognationis tranſire copulaz. Eſt enim
verbū dn̄i validū. ⁊ foꝛte eſt. durabile eſt. ꝑſe-
uerabile eſt. immutabile eſt. non momenta-
neū. nō tranſitoꝛiū. Ut autē ꝑ ſe ipſa vitas
ꝙ de⁹ eſt verbum dei. Celum et terra tranſi-
būt. verba autē mea non tranſient. Anteq̄z
de⁹ in carne inter hoīes aꝑpareret. eo inſpirā-
te dixit Adaz. Quāobrē relinquet hō patrē
⁊ matrē ſuā. ⁊ adherebit vxoꝛi ſue. ⁊ erūt duo
in carne vna. Cui non cōtradixit dn̄s. Dei-
de cū oꝛiref veritas de terra in terrā ⁊ inui-
ſibilis in humanitate aꝑparuit. interrogatū
eſt. ſi licitū eſſet homini vxoꝛē reliquere. qđ
pꝛohibēs fieri vetuit. preter ſi foꝛnicatio ſola
excluderet copulā maritalē. Unđ ꝓtulit ſta-
tim in mediū eandē ipſā ſententiā quā ante
ſecula manēs cū patre verbuz inſpirauit ī a-
dā ipſe ꝯfirmāſ qđ ipſe ꝓiu⁹ ꝓtulit hō Quā-
obrē reliquet hō patrez et matrez ⁊ adhere-
bit vxoꝛi ſue. ⁊ erūt duo in carne vna. Si v-
na caro fiūt. quō poterit eoꝝ aliquiſ pꝛopin-
quus pertinere vni. ſi non pertineat alteri ꝯ
Quod fieri mime poſſe credendū eſt. Naz
vno defūcto in ſuperſtite affinitas non dle-
tur. nec alia copula ꝯiugalis affinitatē pꝛio-
ris copule ſoluere poteſt. Sed neqz alteri⁹
ꝯiūctionis ſobolem placet ad ipſi⁹ affinita-
tis ꝑoꝛis ſiquidē tranſire conſoꝛtium. ꝓ eo ꝙ
verbū dn̄i validum eſt. ⁊ foꝛte et vt inquiēs
dixit ꝓpheta. Quoniā ipſe dixit et facta ſūt.
ipſe mandauit et creata ſunt. Statuit ea in
ſeculū ⁊ in ſeculū ſeculi. preceptū poſuit. ⁊c.
Nō poteſt per verbū ſuū atqz p̄ceptū effice-
re duo in carnem vnam et maſculuz ⁊ femi-
nam qui innumerā multitudinē ſex⁹ vtriuſ-
q̄z non deſiſtit ſecū facere vnū ſicut per ſe vi-
tas dixit. Non ꝓ his tantum rogo. ſed pꝛo
eis qui credituri ſunt per verbum eoꝛum in
me. vt vnum ſint ſicut tu pater in me ⁊ ego
in te. ⁊ ipſi in nobis vnuz ſint. Si quis teme-
rario auſu ⁊ ſacrilego in defūcto querit ꝓ-
pinquitatem vel ſub altero vocabula affini-
tatis diſſipare. ſuſceptam ſobolem alterius
copule credens legitime ſociari pꝛopinqui-
tatis pꝛioꝛis. hic negat dei verbum validuz
eſſe vel foꝛte. ⁊ qui tam facile vel tam veloci-
ter querit diſſoluere. hic nō credit dn̄i vbuz
manere in eternum. Conſpice terrā in quat-
tuoꝛ locis diſtantibus magna intercapedi-
ne ⁊ confectaz et conglutinatam finge cuiuſ-
cūq̄z figure vel immēſitatis coꝛp⁹ volueris

Ex concilio maticenſi

Ane conſangui-
s nitas que in ꝓpo viro obſeruā-
da eſt. hec nimirum in vxoꝛiſ pa-
rentela de lege nuptiaruz cuſtodiēda eſt. q2
ꝯſtat eos duos fuiſſe in carne vna. cōmūis
illis vtraqz parētela eē credēda eſt. ſicut ſcri-
ptū eſt. Erūt duo in carne vna

Ex concilio cabillonenſi.

Ontra dicimus
c q̄z vt in quarta vel ī q̄nta ſexta-
q̄z generatione null⁹ amplius
coniugio coplēť. Ubi aūt poſt interdictum
factū fuerit ꝯinuentum ſeparetur

De ſpirituali germanitate. Nico-
laus papa Salomoni cōſtātiēſi epō

Lſcitatur a no-
s bis ſācitaſ veſtra ſi aliq̄s homo
cōmatreſ hrē valeat ſpūaleſ vnā
p⁹ alterā. ī q̄ fratnitas tua meminiſſe dz ſcp̄tuz
eē. Erūt. d. ī. c. v. Itaqz ꝯſtet q2 vir ⁊ vxoꝛ vna
caro ꝑ ꝯnubiū efficiūť. reſtat nimirū viꝝ cō-
prēꝫ ꝯſtitui illi mulieꝛ c⁹ matrionio aſſūpta
vxoꝛ cōmat eē videbať. Et idcirco liquet vi-
rū illi feiē n̄ poſſe iūgi in copla q̄ cōmat erat
ei⁹ cū qua idē vna fuerat caro effectus.

Idem Karolo archiepiſcopo

I quis cū ſpūali
ſ matre fuerit foꝛnicatus. anathe-
matis ꝑcutitur vt ſcuis dictib⁹ Si-
militer aūt ⁊ illū ꝑcutere ꝓmulgam⁹. q̄ cuz
ea quā de ſacro baptiſmatis fōte ſuſceperit
aut cū illa quā añ epz tenuerit cū ſacro criſ-
mate fuerit vncta foꝛnicatōis ꝑpetrauit ſce-
l⁹. legitiāz tn̄ ſi hūerit n̄ dimitte cogaī vxoꝛē.

Ex concilio cabillonenſi

**Ictum etiam no**

bis eſt quaſdā femīas deſidioſe q̄ſ dam vero fraudulenter vt a viris ſuis ſeparentur ꝓpꝛios filios corā ep̄is ad cō firmādum tenuiſſe. Unde nos dignū duxi mus vt ſiqua mulier filiuꝫ ſuuꝫ deſidia aut fraude aliqua corā ep̄o tenuerit ad ꝯfirmā dum ꝓpter fallaciā ſuā aut ꝓpter fraudem quādiu viuat penitētiā agat. a viro tamen ſuo non ſeparetur.

Ex concilio maguntinenſi.

**E eo quod inter**

d rogaſti. ſi ille qui filiolā ſuam du xit vxorem. ⁊ de eo qui concubu it cum cōmatre ſua ſp̄uali. ⁊ de eo qui filiuꝫ ſuum baptiſauit. ⁊ cuius vxor eū de fonte ſu ſcepit. ea ratione vt coniugij diſcidiū fieret. ſi poſtea in tali copulatione permanere poſ ſent. De talibus ſic reſpondendū eſt. Si ſi filiolā aut cōmatrē ſuā ſp̄ualem aliquis ī cō iugio duxerit. eos ſeparādos eſſe iudicamꝰ ⁊ graui penitentia plectēdos. Si autē cōiu ges legitimi vnꝰ aut ambo. ex induſtria fece rint. vt filiū ſuuꝫ de fonte ſuſcipiant. vt diſci dium fiat. Tale ꝯſiliū damus. ſi innupti ma nere voluerint. bonū eſt. ſin autē grauis peni tentia inſidiatori iniungatur. ⁊ ſimul mane ant. ⁊ ſi ſupuixerit preuaricator ꝯiugij. acer rima penitētia mulctetur. ⁊ ſine ſpe cōiugij maneat.

Ex concilio triburienſi. Idē

**Ui ſp̄ualem com**

q patrem habet. cuiꝰ filiū vel filiā de lauacro ſacri fontis accepit. ⁊ eiuſ vxor cōmater nō eſt. liceat ei defuncto cōpa tre ſuo eius viduā ducere in vxorē. ſi nulluꝫ habent ꝓpinquitatis graduꝫ. Quid enim? Nunq̄d non p̄nt coniungi. quoſ nulla pro ximitas carnalis. vel nulla generatio ſecer nit ſp̄ualis. Item ſimili ratiōe q̄ ſp̄ualem ha bet compatrem. gener eiꝰ fieri n̄ ꝓhibet. De illa dumtaxat filia quam ipſe de ſacro fonte non ſuſcepit. ſp̄ualium qꝫ patrum. i. compa trum filij vel filie ante ſiue poſt compaterni tatem geniti. legittime cōiugi p̄nt. p̄ter illas ꝑſonas qbꝰ compatres exiſtūt. q2 ſp̄ualem filiam patris ſui nemo vxorem ducere pōt. q̄zuis filiam eiꝰ q̄ compater eſt patris ſui. ſi filiola patris ſui nō fuit. vxorem accipere nō probibetur.

Quid diſtet inter cognationem ſi ue conſanguinitatem ⁊ affinitatem et ſpiritualem germanitatem.

Capitulū. XVII

**Ria quedaꝫ ſūt**

t conſanguinitas. affinitaſ ⁊ ſp̄ua lis germanitas. in q̄buſ xp̄ianoꝝ coniugio lex indicta eſt. Cōſanguinitas eſt inter eos qui iungunt̄ ſcḋm lineā generis. Af finitas eſt inter eos q̄ genere quidē ꝯiūcti n̄ ſunt. ⁊ t̄n mediante genere ſūt ſociati. Uerbi gratia. filius fratris mei cōſanguineꝰ meus eſt. vxor eiꝰ q̄ de genere meo nō eſt. per ip̄m q̄ eſt de genere meo. affinis mihi facta eſt. et ego illi. Qui ergo de aliena cognatiōe vxo reꝫ ducit. cognatos ſuos illi affines facit. ⁊ ē inter mulierē et cognatos viri. ſiue inter viꝝ ⁊ cognatos mulieris. non quideꝫ cōſangui nitas. ſed affinitas. in qua ſiliter vt in cōſan guinitate ꝯtractꝰ matrionij ꝓhibetur. In cō ſāguinitate vſqꝫ ad ſeptimū gradū ꝯiugia ſunt vetita. Quedaꝫ t̄n ſcripture in ſexto ḡ du. quedaꝫ vero in ſeptimo ꝓhibitionē t̄mi nare videtur. Ambigua eſt eniꝫ locutio cuꝫ dicitur. ꝙ vſqꝫ ad ſeptimū ḡduꝫ cōiugia co pulari non ꝑmittunt̄. Poteſt enī et ſic ītel ligi. q̄a vſqꝫ ad ſeptimū quidē ꝓhibent̄. ſed ī ſeptio ꝯcedunt̄. vel q̄a ſeptius ḡdus vltius eſt in quo ꝓhibentur. ⁊ poſt queꝫ ꝑmittunt̄. Quidam p̄mo ḡdu poſuerūt filios. ſecūdo nepotes. tertio ꝓnepoteſ. quarto abnepoteſ quinto abnepotes. ſexto trinepotes. ſeptio trinepotum nepotes. In hūc modū ſeptem gradus in ꝓhibitione continent̄. Qui autē patrem et matrem radicem generationiſ eē dicunt. filium autem et filiam quaſi truncū generationis conſtituunt iſti in nepotibus p̄mum gradum computandum cēſent. ſcḋm quam acceptionem ille gradus qui in ſupe riori diſpoſitione ſeptimꝰ fuit in hac ſextꝰ eē oſtenditur. Gradꝰ ꝯſanguinitatis q̄ntūuis intendatur ſurſū et deorſū copulā ꝯiugaleꝫ nō admittit. ſicut de filio ad matrē. ⁊ oēs qui ſupra ſunt. hoc eſt auiā proauiā ⁊c. ⁊ de ma tre ad filiū. ⁊ omnes qui infra ſunt. hoc ē ne poteꝫ pronepoteꝫ ⁊c. Siliter de patre ad filiā vel de filia ad patreꝫ conſideratur ſupra et ī fra. Quapꝓpter inter eos qui a latere deſcē dunt. gradus cōſanguinitatiſ in matrionio cōputantur. Quidaꝫ affinitatē quinto ter minari gradu voluerunt. alij vſqꝫ ad ſepti muꝫ. ſicut et conſanguinitateꝫ obſeruandaꝫ eſſe iudicauerunt. Spiritualis autē germa nitas ſiue propinquitas hoc modo cuſtodi tur. Nemo cōmatreꝫ aut filiā ſpiritualē vx oreꝫ ducere poteſt. Sili modo mulier cōpa tri ſuo aut filio ſpirituali. vxor eſſe non pōt. Filius quoqꝫ cōmatreꝫ patris vel filiaꝫ ſpi ritualeꝫ. vxoreꝫ habere prohibetur. Et ſimili ter filia cōpatri matris ſue. aut filio ſpiritu ali vxor eſſe non poteſt. In conſilio triburi enſi conceditur vt homo defuncto cōpatre ſuo illius vxoreꝫ ducat. ſi ei cōmater non eſt. Qḋ ſi veruꝫ eſt. ſimiliter mulier defuncta cō matre ſua. viro illius nubere poteſt. ſi ei cō pater non eſt. quod tamē in aliq̄bꝰ locis ibi bitū reꝑerit̄.

Utrum dolus qui ſuppoſitio di citur. coniugium diſſoluat

Capitulum XVIII

**Uoiuiꝰ aliquan/**

a do quibuſdaꝫ vxores incognitaſ facie deſponſantibus alias quaſ daꝫ viles perſonas dolo ſuppoſitas. vbi q̄dē ſi aſſenſū ſuū poſtea hi qui dolū ſunt paſſi facto qḋ ex intentione non fecerunt prebere noluerunt. nequaq̄ꝫ coniugiū ratū eſſe d̄be re cenſemus. Ex intentione eniꝫ non factuꝫ conſtat. nec poſſunt conſtringi ad exequen dū id qḋ nec dū intenderūt cū facerent. nec voluerūt cū ſcirent.

Utrum conditio ſeruilis ſi neſciatur poſtea coniugiū diſſoluat.

Capitulum XIX.

**ueritur etiaꝫ utrū**

ſi q̄ mulier ſeruo nupſerit. liberuꝫ eū exiſtimās. aut liber ancillā du xerit liberā putās. poſtea vbi fraus detecta fuerit coniugiū diſſolui debeat? Et ſūt qui hūc dolū aliter q̄ꝫ ſuperioreꝫ iudicandū pu tant. Naꝫ q̄a non in perſona hic. ſed in qua litate perſone ſolū erratur. Idcirco ſanctita tē matrionij preiudicare debere cenſent. Sꝫ fortaſſis hoc magis veritati ⁊ paci in q̄ vo cauit nos deꝰ conueniat. vt vbi alteriꝰ igno rantia culpabilis non eſſe oſtenditur. alteri us dolꝰ ad leſionē innocentis in eo qḋ frau de vſurpauit. ſtare non permittat

Duodecima pars.

De votis.

Capitulum primum.

**Otū non ſol**

v uo. tu poſtulaſti ⁊ ego q̄dē q̄ ſpopōdi ſoluere cogor. Modicū int̄ freq̄ntes oc cupationeſ furatꝰ ociū ſū matiꝫ ꝑſtrinxi. ſꝫ nō plane ꝓſecutꝰ ſū qḋ q̄ſiſti. Queris de votis. vtruꝫ pari debito ⁊ eadē neceſſitate aſtrīgāt ꝓmiſ ſores ſuos? Si int̄rogationi tue tantū ⁊ nō etiā edificationi reſpōſū dare vellē. breuiter r̄ndere potuiſſē. q2 non vnū in votis oībꝰ de bitū cōſtat. Uerū q̄a te nō q̄ſtionē mouiſſe ſed edificatione mag̃ q̄ſiſſe nō dubito. q̄ntū interi ꝓ tēpore poſſibilitas ſe ſuggeſſit ⁊ ratō deuotioni tue ſatiſfacere conatꝰ ſū.

De quinqꝫ modis quibus mens agenda tractat.

Capitulum ſecundum.

**uinqꝫ modi ſunt**

q quibus mēs hūana tractare agē da conſueuit. cogitatione volūta te. deliberatione. ꝓmiſſione ⁊ voto. Aliḋ eſt eniꝫ cogitare aliq̄d. atqꝫ aliud velle qḋ cogi taueris. Nā et cogitare potes q̄ n̄ vis. velle autē n̄ poteſ niſi cū placet id qḋ cogitaueriſ

Uerū aliquotiens contingit vt id qđ ſm de
lectationē placet. ſm rationem non placeat
⁊ vt nondū ipſa ratio acquieſcat ad illud vt
faciat ipſum qđ delectat. Et eſt quidē in ipſa
delectatione quaſi quedam voluntas facti.
ſed in ipſa ratione necdum tamē eſt ꝓpoſi
tum faciendi. Si autem ſecutuꝫ fuerit poſt
voluntatem ꝓpoſitū. vt mens in id qđ dele
ctat aſſenſum confirmet. iaꝫ tenetur. ſiue ad
culpam ſi maluꝫ eſt. ſiue ad meritū ſi bonū
eſt. Hoc autem totum qđ cogitationis eſt.
⁊ voluntatis eſt. ⁊ ꝓpoſiti eſt. totū in ipſa eſt
⁊ per ipſam. ſiue bonum ſit. ſiue maluꝫ. ⁊ nō
tenetur niſi in ſe. ⁊ quantū in ſe eſt tantuꝫ te
netur. Cū autem promiſſio ſecuta fuerit pꝰ
propoſitum. iam obligari incipit aduerſus
alium ſponſor. ⁊ debitor ſit ꝓmiſſionis ſue ꝓ
veritate ſeruanda ad primū. Siquideꝫ bo
num eſt qđ ꝓmiſit debitor eſt quia bonū eſt
⁊ quia promiſit. Si autem malum eſt qđ ꝓ
miſit. debitor non eſt in eo qđ malū eſt qđ ꝓ
miſit. reus tamē eſt q̄a ꝓmittere p̄ſūpſit qđ
ſine culpa iplere non potuit. Nouiſſime ſeq̄
tur votū in q̄ āpliꝰ aliq̄d a ꝓmiſſione ꝯtine
ri videtur.

## Quid ſit vouere
## Capitulum III

v **Otū enī eſt teſtifi**
catio q̄dā ꝓmiſſionis ſpōtanee. q̄
ad ſolū deū ⁊ ad ea q̄ dei ſūt mag̃
proprie refertur. vouere ſiq̄dē eſt teſtificatio
ne ꝓmiſſionis ſpōtanee deo ſe obligare ac d̄
bitorē ſtatuere. Nā q̄ ꝓmittit ſimplr̄ ſpōdet
ſe facturū aliq̄d. q̄ vero vouet ꝯteſtaī ꝓmiſ
ſioni ſue ⁊ affirmat ipſā ꝓmiſſionē vbi inq̄n
tū eſt promiſſio teneī. inq̄ntū ē ꝯteſtatio ob
ligaī. Uotū aūt aliud occultū eſt. ad deū et
corā deo. aliud manifeſtū ad deū corā ho
mine. Occultū votū fractū. peccatū eſt. ma
nifeſtū aūt votū fractū peccatū et ſcandalū
In illo deus offenditur. in iſto vero etiā in
proximū peccatur. Q ꝫ ſi queris q̄ vota om
nino tenenda ſunt. ⁊ que itē ſine culpa pret
mitti ſiue etiam cōmutari poſſint: hanc pri
mū diſcretionē accipito.

## Que vota tenenda non ſunt
## Capitulum IIII

ſ **criptura dicit. uo**
ta ſtultoꝝ frangēda ſūt. Uota q̄p
pe ſtultoꝝ intelligimꝰ ea q̄ vel de
malo fiūt. vel de bono male. vbi gr̄a. Si q̄s
voueret quēpiā interficere. ſiue q̄dlibet ali
ud in quo culpa conſtaret ſe factuꝫ. votū de
malo eſſet ⁊ malū eſſet. ⁊ idcirco ſoluēduꝫ n̄
eſſet. in quo p̄ma culpa fuit vouere. ſecūda
foret ſi impleretur perficere. Similit̄ ⁊ votū
de bono factū ſi bene nō fiat inter vota ſtul
torū que frangenda ſūt deputatur. Bn̄ aūt
nō fit etiam ſi de bono ſit illud votū in q̄ vo
uetur. vel qđ nō licet. vel q̊d nō expedit. Nō
licet vt mulier non conſentiente vel potius
contradicente viro ſuo ꝯtinentiaꝫ voueat.
Non expedit vt q̄ſpiā in ieiunio vel alio q̄
libet opere ſupra vires ac poſſibilitatem ſu
am aliq̄d ſe facturū eſſe ꝓponat. Hec igitur
omnia inter vota ſtultorū deputanī. que vl̄
peruerſa ſunt. vel illicita. vel indiſcreta. Ubi
autē ⁊ bonū vouetur ⁊ bene vouetur. q̄daꝫ
eiuſmodi ſunt vt cōmutationē ex diſpēſatō
ne ſuſcipiāt. quedā vero talia vt recompēſa
tioneꝫ oīno non admittāt

## Q ꝫ votum nullam commutatio nem admittat
## Capitulum V

v **Is ſcire que ſūt**
illa q̄ cōmutatiōꝫ nō patiunī. for
taſſ͛ mihi nō credis q̄ auctē q̄ris.
Siq̄dē ex vniuerſ͛ vnū ego pferre voluero. ē
eni q̄ddā q̊d cōmutatōꝫ nullā admittit. Nā
diſpēſatio eē nō pt̄ vbi recōpēſatio eē nō pt̄
Diſpēſatio q̄ppe nomē diſpēdij ē. ⁊ detrimētū
ſonat q̄ntū in ipo eſt. Stultū vo eſt volūta
rie dānū ſuſtiere vbi nullū lucrū ꝯſeq̄ī. Ubi
aūt ipo detrimētū volūtarie toleraī vt ima
ior lucꝝ ꝓueniat. h̄ diſpēſatio vocaī. ⁊ bona
eſt diſpēſatio iſta. Ecce gᵒ q̄n̄o bn̄ in illo vo
lūtarie dānū ſuſtineri pt̄ q̄ maiꝰ nihil acq̄ri
p̄t: Unū ē ſi auctoritatē viſ q̊d cōmutatōꝫ
nō recipit. Nō ego dico. ſꝫ vitas dic̄. ⁊ ſi ego
dico. pꝰ vitatē dico. ⁊ ſm vitatē dico. q2 non
dabit hō cōmutatōꝫ ꝓ aīa ſua. Sꝫ forte re



ſpondebis ⁊ dices quia non dixit veritas
non dabit. ſed quam dabit homo commu
tationē pro aīa ſua: Ecce igiī non affirma
uit. ſed interrogauit. ⁊ tu reſponde ſi potes.
quā dabit hō cōmutationē pro aīa ſua: vi
des manifeſte quia vnū eſt qđ cōmutatiōꝫ
non recipit. neqꝫ diſpēſationeꝫ admittit. h̄
ſi voues imo q̄a voues. non eniꝫ bonus eſſe
potes. ſi hoc non voueris. redde qđ vouiſti
⁊ ipſū q̊d vouiſti redde. q̄a ſi aliud reddere
volueris. non accipitur pro iſto qđcunqꝫ il
lud fuerit. Uouete inq̄t pſal. et reddite. d. d.
v. o. q̄ in cir. e. a. m. Que mūera: Afferte do
mino filij dei a. d. f. a. forte iſta ſunt munera
que vouere nos iubet ⁊ reddere pſal. arieteſ
⁊ filij arietū. cū dicit. Uouete ⁊ reddite dn̄o
deo ve. oēs q̄ in cir. eiꝰ af. mu. Cui munera:
Audi q̊d ſequiī. Terribili ⁊ ei q̄. a. ſ. p. t. a. r. t.
Quid hoc pertinuit vt poſtq̄ꝫ dixerat Red
dite dn̄o deo veſtro munera. ſtatim ſubiun
geret. Terribili ⁊ ei q̄ aufert ſpiritū pn̄cipū:
niſi q̄a ipſa munera ipſū ſpiritū ſignificare
voluit. Si ſpiritū principū aufert. auferre n̄
poterit ſpiritū tuū: Redde ergo voluntari
us ne amittas inuitus. Uouete ⁊ red. d. d. v.
oēs q̄ in cir. eiꝰ af. mu. Terribili et ei q̄ a. ſ. p. t.
a. r. t. Uide ergo frat̄ q̊d eſt q̊d vouere ⁊ red
dere nos oportet dn̄o deo noſtro. Q ꝫ ſi priꝰ
vouere vel poſt votū reddere nolumꝰ. tn̄ re
tinere non valemꝰ. Si reddimꝰ accipiet. ſi n̄
reddimus tollet. Si reddimꝰ ꝓ dato remu
nerabit. ſi non reddimus. pro n̄ dato cōdē
nabit. Si enī reddimꝰ. q̊d noſtrū eſt damꝰ
⁊ reputatur ad iuſticiaꝫ. Si autē non reddi
mus. q̊d alienū eſt retinemus. ⁊ imputatur
ad culpaꝫ. Qui amat inquit aīaꝫ ſuā pdet
eā. ⁊ qui perdiderit aīaꝫ ſuā propter me in
ueniet eaꝫ. Seruat ſibi qui mihi tribuit. ⁊ q̄
ſibi retinet amittit. Uouete ergo ⁊ reddite.
Si voues aīaꝫ tuā redde aīaꝫ tuaꝫ. Noli
putare ꝙ reddere poſſis pro aīa tua pecu
niā tuā. hoc eniꝫ eſſet plus vouere et minus
reddere. ⁊ non eſſet equa recōpenſatio. Si
tua das deo. teipſū dyabolo. non eſt equa ꝑ
ticio. Nonne ſi recte offeras ⁊ nō recte diui
das. peccaſti: Plus valet aīa ⁊ minus pe
cunia. Nonne aīa plus eſt q̄ꝫ eſca: ⁊ corpꝰ
plus q̄ꝫ veſtimentū: Si plꝰ eſt aīa q̄ꝫ eſca:
plus vtiqꝫ eſt q̄ꝫ pecunia: quia et eſca plus
eſt q̄ꝫ pecunia. propter eſcā eniꝫ datur pecu
nia. ⁊ ſi eſca nō eſſet. pecunia quid eſſet: Nā
q̊d plus confert ⁊ prodeſt. ipſū plus eſſe ne
ceſſe eſt. Si ergo voues aīaꝫ. noli pro aīa
dare pecuniā. q2 ſi h̄ facis fraudē facis. plꝰ vo
uens. ⁊ minus reddens. Cū aīa tua dare po
tes pecuniā tuā. pro aīa nō potes. Niſi for
te pro aīa tua ita pecuniā tuā dare volue
ris. vt aīa tua data acceptabilior fiat ꝑ illa
cū illa amatur pro illa. ſine illa nō accipitur
Noli ergo putare ꝙ pro aīa tua. id eſt pro
cōmutatōne aīe tue pecuniā tuā dare poſ
ſis. quia et ipſe pecuniaꝫ tuaꝫ ſic datā nō ac
ciperet. ⁊ tu aīaꝫ tuā ſeruare non poſſes ſic
retentā. Itaqꝫ et pecunia amitteretur. ⁊ aīa
non ſeruaretur. Hoc igitur vnū eſt q̊d recō
pēſationē non accipit

## Que vota commutationem patiantur
## Capitulum ſextum.

c **Etera omnia pro**
loco ⁊ tēpore ⁊ cauſa cōmutatiōꝫ
admittūt. Uouiſti aurū. argentū
reddere potes. quia q̊d precio minꝰ eſt. ī pō
dere maius eſſe poteſt. Uouiſti peregrina
tioneꝫ tuā dn̄o. cōmutationē admittit. ſi for
te expediat magiſ q̊d contingere poteſt. vt ꝑ
maneaſ in patria tua ⁊ in domo tua. Naꝫ ſi
illic perſoluere potes aliud tantū valens. ſi
ue ad laboreꝫ operis ſiue ad deuotionē vtu
tis. ſiue ad vtilitateꝫ āminiſtrationis cōmu
tationeꝫ dare potes. Uouiſti ieiuniū. ⁊ hic
cōmutatio eſſe poteſt. ſi forte hoc non expe
diat q̊d contingere poteſt. Aliud adhuc di
co. Uouiſti deo ſeruire in loco aliquo. vel ī
habitu. vel in ſocietate aliqua. dico quia ⁊ h̄
totū cōmutatiōꝫ habere poteſt. quia poteſt
⁊ locus deſtrui ⁊ hoīes mori. ⁊ habitus mu
tari. Nūquid putas ideo perdis aīaꝫ tuā
ſi locus aliquis vaſtatur. aut ſi hoīes mori
untur. Tātūmodo ex te non fiat. qđ in illis
ſit. neqꝫ ī te remaneat qđ a te fieri debuit. Nō
eſt periculū tuū. vbi nō eſt culpa tua. fac q̊d
potes tu. ⁊ quātū potes. et ſufficit tibi. A ho

na volūtate non āplius exigitur niſi quātū
poteſt. Si autē aliquid bonū voueris vel
ſimiliū aliquid q̄ vel inuitis auferri pn̄t. vł
a volentibus cōmutari. ⁊ implere quidē va
les q̄d vouiſti. non eſt in tuo arbitrio cōmu
tatio voti tui. etiā ſi maius aliquid videris
vel melius faciendū q̄d facias. Poteſt qui
dē diſpenſatio fieri circa te. ſed non debet fi-
eri a te. Nā tu quidē q̄ntū in te eſt hoc de
bes quod vouiſti ipſū et non aliud. Non ti
bi licet pro alio aliđ cōmutare. ſed diſpenſa-
tori magiſtro tuo ſi voluerit et expedire no
uerit. licet aliud accipere. Si idēa te daṫ de
bitū eſt. ſi aliud ab illo accipitur indulgētia
eſt. Nā ⁊ idcirco diſpenſator dicitur ille qui
ſubiectis oībus ſm̄ vtilitatē ⁊ fructū recōpē
ſatiōis diuerſa quedā a p̄miſ ⁊ alia ab his
que propoſita fuerant ſalubri ac rationabi
li cōmutatione impendere poteſt. Sicut er
go votū tuū in tua conſtat volūtate, ſic com
mutatio voti tui in illius conſtat poteſtate
Illic p̄te operari potes bonū q̄d delectat. H
autē conſulere illū debes q̄d magis expedi
at. Eſt ⁊ adhuc āpli⁹ aliquid q̄d dicti adiici
endū videtur. Ecce vouiſti virginitatē car
nis tue dn̄o deo tuo. dico ꝙ reddere debes
q̄d vouiſti. Non licet tibi retroſpicere. vt d
inceps ad experientiam carnis deſcendas.
Dico g⁹ tibi. redde q̄d debes. Nō lȝ tibi ali-
ud ꝑ iſto reddere. ſi iſtđ potes reddere. Sȝ
q̄d facim⁹? Ecce vouiſti ⁊ votū non tenui-
ſti. q̄a virginitatem amiſiſti. non potes āpli
us reddere virginitatem. nō potes dare q̄đ
nō habes. Semel amiſſa eſt virginitas. am
plius reparari aut recuperari nō p̄t. Quid
ergo facies? Quid reddes dn̄o deo tuo pro
virginitate tua quā vouiſti ⁊ poſt votū ami
ſiſti? Eſt ne aliq̄d aliud q̄d ꝑ iſta reddi poſ
ſit. vt debitū reddaṫ. ⁊ votū i̇pleatur? Si ni-
hil eſt aliud q̄đ pro iſto reddatur ſaluus non
eſt his qui hanc vouerūt. ⁊ amiſſam iā red
dere non poſſunt. Nunquid igitur fontem
miſericordie precidere audebim⁹ hmōi? Di
cat hoc qui audet. ego nō preſumo nec vo-
lo. Vidat qui hoc dicere voluerit. ne forte ſi-
bi ipſi periculū ſtruat. Ergo aliud eſt q̄đ red
dere poſſis pro v̄ginitate tua. ſi eā perdidi-

ſti. Quid aliud? Redde penitentiā tuā. red
de contritionem tuā. redde humilitatem tu
am pro virginitate carniſ. redde humilitatē
cordis. Pro carne fracta. frange cor humili
tate. Humilitatem per ſe debuiſti. etiā ſi v̄
ginitatē habueras. et tamē ſi virginitatē red
dere non potes. redde ꝑ illa humilitatē. ⁊ ſa
tiſfacies tā ꝑ ſe q̄ȝ pro illa. Vide quāta ſit vir
tus hūilitatis. Socia eſt virginitatis hūili
tas. ⁊ ſocia humilitatis virginitas. Et non
poteſt ſi abeſt humilitas ſatiſfacere deo vir
ginitas. Poteſt autem etiam ſi abeſt virgi
nitaſ ſatiſfacere dō. ſi habeatur vera humili
tas. Eſt igitur aliquid q̄đ reddas ꝑ virgini
tate tua. ſi illā reddere non potes. Eſt vnde
ſatiſfacias deo. etiā ſi iſtā non offeras. Nun
quid ſic dico de aīa tua? perde animā tuā
ita vt eā ampli⁹ reddere non poſſis. ⁊ vide ſi
aliquid tibi ſupereſt q̄đ pro illa reddere poſ
ſis. Propterea dixi tibi. q̄a hoc vnū eſt pro
q̄ cōmutatio nulla dari poſſit. ſi hoc ſolū da
ri non poteſt. Hoc niſi reddideris quicq̄d
dederis nō ſatiſfacis. hoc ſi reddideriſ q̄cq̄d
non dederis non offendis

Pars tredecima

## De vicijs et operibus malis. Capitulum primum.

Septem capi
talia vicia. ſiue principa
lia ſiue originalia ſacra
ſcptura commemorat.
Que ideo capitalia ſiue
principalia vel origina
lia nominanṫ. q̄a reliq̄ꝛ
omnium caput ſūt ⁊ p̄ncipiū et origo. Oīa
quippe alia ab iſtis ſeptem vicijs oriūṫ. Hoc
autem intereſſe videtur inter peccata ⁊ vi
cia. ꝙ vicia ſunt corruptiones anime ex qui
bus ſi ratione non refrenentur. peccata. id
eſt actus iniuſticie oriunṫ. Quando autem
temptanti vicio ꝯſenſus adhibeṫ. act⁹ iniu
ſticie eſt q̄đ peccatū dr̄. Itaq̄ȝ viciū ē infirmi
tas ſpūalis corruptōis. Peccatū aūt ex cor
ruptōe orīṫ ꝑ ꝯſenſū act⁹ iniq̄taṫ. Itaq̄ȝ vi
ciū abſq̄ȝ ꝯſenſu infirmitas eſt. cui inquātū



infirmitas eſt miſericordia debeṫ. Premiū
aūt et corona inq̄ntū ab actu iniq̄tatis cohi
beṫ. Cū cōſenſu vero viciū cl̄pa fit. vbi inq̄n
tū viciū eſt. malū eſt. inquātū voluntariū ē
pena dignū eſt. Viciū ergo eſt in corruptōe
peccatū autē eſt in actione. Act⁹ v̄o peccati
ſolo ꝯſenſu ꝑficiṫ. etiā ſi foris opuſ nō fuerit
q̄a q̄đ iniq̄tatis eſt per ꝯſenſū prauū in ſola
volūtate cōpleṫ. etiā tunc cū ab eo q̄đ vult
perficiendo foris inuita reſtringiṫ. facit enī
q̄đ ſuū eſt totū. ⁊ q̄đ ampli⁹ non facit. ſuum
non eſt. nec ab ipſa eſt q̄đ ampl⁹ nō facit. ſed
ꝯtra ipſā. Ita in ſolo ꝯſenſu op⁹ iudicaṫ. cui
quidē id q̄đ foris eſt op⁹ tātū in malicia ad
iicit q̄ntū ipſū q̄ intus operaṫ motū volūta
tis ad maliciā accēdit. Sic ergo vicia origo
peccatoꝝ ſūt. ex q̄bus naſcunṫ opa iniq̄tatiſ
que quidē ſicut dictū eſt abſq̄ȝ ꝯſenſu penā
habent. q̄a corruptio ſunt. cū ꝯſenſu autem
culpā q̄a volūtaria ſunt. Inq̄ntū enī origi
nalia ſūt. pena in ipſis exerceṫ. Inq̄ntū volū
taria ſūt pena ipſiſ debeṫ. Sūt aūt hec. Pri
ma ſuperbia. ſecūda inuidia. tertia ira. quar
ta accidia. q̄nta auaricia. ſexta gula. ſeptima
luxuria. Ex hiſ tria hoiem expoliant. quartū
ſpoliatū flagellat. q̄ntū flagellatum eiicit. ſe
xtū eiectū ſeducit. ſeptimū ſeductū ſeruituti
ſubicit. Supbia aufert homini deū. inuidia
ꝓximū. ira ſeipſū. accidia ſpoliatū flagellat.
auaricia flagellatū eiicit. gula eiectū ſeducit
luxuria ſeductū ſuituti ſubicit. Aīa rationa
lis in ſanitate ſua vas eſt ſolidū ⁊ integrum
nullā habēs corruptionē. quā vicia venien
tia in eā hoc modo viciant ⁊ corrūpunt. per
ſupbiā inflatur. per inuidiā areſcit. ꝑ irā cre
pat. ꝑ accidiā frangiṫ. per auariciā diſpergiṫ
per gulā inficiṫ. per luxuriā ꝯculcatur. ⁊ i lu
tū redigitur. Supbia eſt amor ꝓprie excellē
tie. inuidia eſt odiū felicitatis aliene. Ira eſt
irrationabilis pertbatio mētis. Accidia ē ex
ꝯfuſiōe mētis nata triſticia ſiue tediū ⁊ ama
ritudo animi imoderata. qua iocūditas ſpi
ritualis extinguitur ⁊ q̄dā deſperationis p̄
cipicio mēs i ſemetipſa ſubuertiṫ. Auaricia
eſt imoderat⁹ appetit⁹ habēdi. Gula eſt im
moderatus appetitus edendi. Luxuria ē cō
cupiſcentia explēde voluptatis nimia. vł cō

cubitus deſideriū ſuper modū vel ꝯtra rati
onem efferuēs. Superbie duo ſunt genera.
vnū intus. aliud foris. Int⁹ eſt ſuperbia. fo
ris iactantia. Superbia in elatione cordis.
iactantia in oſtentatione operis. Supbia i
eo ꝙ ſibi placet. alienū teſtimoniū deſpicit.
Iactantia autem vt magis ſibi placeat. alie
nū teſtimoniū req̄rit. Propterea iactantia
per lenitatem blandā ſe ſimulat. Superbia
vero in tumore crudelē ſe demōſtrat. Sup
bia enim timeri vult. iactātia amari. ⁊ vtra
q̄ȝ tamen in eo q̄đ appetit ſibi placēs ꝑuerſe
diuerſo licet modo inordinate ꝯuicitur glo
riari. Si quis igitur ſuperbiam ⁊ iactātiā
ſub vno cōputauerit mēbro ſeptē inueniet
vicia capitalia. de quibus peccata oīa. id eſt
actus iniq̄tatis ⁊ iniuſticie opera oriuntur.
Peccata aūt alia venialia. alia crīalia dicū
tur. Venialia ſunt que nec facile vitari pn̄t.
vt aliq̄n non fiant. neq̄ȝ multā turpitudinē
vel leſionē magnā habent ſi fiant. Crimīalia
dicuntur que vel leſionē magnā inducunt.
vel turpitudinem ingerūt. in q̄bus vel deuſ
vel proximus multum offenditur. vel ipē q̄
facit maculatur. Talia ſūt homicidia. adul
teria. periuria. furta. et que his ſimilia adiū
gunṫ. vel continentur in iſtis. ſicut rapine. ſa
crilegia. et inceſtus. ⁊ cetera talia. Venialia
ſunt ſicut ira leuis ⁊ tranſitoria riſus ⁊ eiuſ
cemodi que ſine deliberatione agentiū cō
tingunt. ſiue ex negligentia incaute. ſiue ex i
firmitate precipitanter.

## De virtutibus et operib⁹ bonis. Capitulum II.

Sicut ſuperi⁹ di-
xim⁹. aliud viciū eſſe. atq̄ȝ aliud
peccatum q̄đ ex ipſo vicio proce
dit. Ita intelligimuſ aliud eē v̄tutes. atq̄ȝ ali
ud opera iuſticie que ex ipſis oriunṫ. Virt⁹
enim q̄ſi quedā ſanitas eſt ⁊ integritas ani
me rationalis cui⁹ corruptio viciū vocatur
Op⁹ vero iuſticie eſt in motu mentis ratio
nalis. q̄đ ſm̄ deū incedit a cordis cōceptiōe
ſurgens. ⁊ foras vſq̄ȝ ad actionis corporaliſ
cōpletionē procedens. Virtutes in ſcriptu
ris plurime numerātur. maxime vero que

in euangelio quaſi quedam antidota vel ſa
nitates ꝯtra ſeptem viciorū corruptiones
ſub eodem numero diſponunt. Prima eſt
humilitas. ſecūda manſuetudo. tertia men
tis cōpunctio. quarta deſideriū iuſticie. quī
ta miſericordia. ſexta cordis mundicia. ſepti
ma pax mentis interna. Homo igitur ī pec
catis iacens egrotus eſt. vicia vulnera. me
dicus deus. dona ſpiritusſācti antidota. vir
tutes ſanitates. beatitudines gaudia. Per
dona enim ſpūſſancti. vicia ſanantur. Sani
tas viciorum. integritas eſt virtutū. Sanꝰ
operatur. operans remuneratur. Sic poſt
virtutes opera bona ſequūtur. ⁊ ex vtutibꝰ
opera ipſa oriunt. Sed opera miſericordie
in euangelio ſpecialiter a dn̄o enumerātur
in quibus ꝑfectio bonorū operū ſignificat.
Primū eſt eurientē paſcere. Secundū ſiti
entem potare. Tercium hoſpitem colligere
Quartū nudū veſtire. Quintū infirmum
viſitare. Sextū ad incarceratū ⁊ clauſū ve-
nire. In his eni neceſſitatibꝰ. omnis vite hu
mane moleſtia vel comprehenditur vel ſig
tur in quibus quiſq̄s propter deum ꝓximo
cōpatit. miſcdiā a deo in ſua neceſſitate me
retur

De timore et amore
Capitulum III.

**Sunt motus duo**
ſunt cordis q̄bus aīa rational'
ad omne qđ facit agendū impel
litur. Unus eſt timor. alter amor. Hec duo
cum bona ſunt. omne bonū efficiunt. Per
timorem eni mala cauētur. Per amorē bo
na exercent. Cū autē mala ſunt. omniū ma-
lorū initiū ⁊ cauſa exiſtūt. Per timorem eni
malum a bono receditur. Per amorem vo
malū mala perpetrant. Sunt ergo duo hec
quaſi porte due per quas mors ⁊ vita īgre
diunt. Mors quidem quādo aperiuntur
ad malū. vita aūt qn̄ ad bonū reſerantur

Quid ſit timor
Capitulum IIII.

**Timor eſt affectꝰ**
mentis quo mouetur vt ſuperiori
cedat. Amore eni accedit. timore recedit Si
in iuſticia ꝑſtitiſſz homo ex volūtate ſubijce
ret ſe meliori. nūc autē ex neceſſitate ſubijcitur
fortiori. Hec eſt praua illa vis timoris ex q̄
ſeruilis nominatur. quando qui volūtate ꝑ
us meliori noluit. nunc ex neceſſitate fortio-
ri ſubijcitur. Quā profecto penā tūc caritas
foras mittit. qn̄ ſubiectionem volūtariā fa-
cit. quāto magis creſcit caritas. tanto mag̃
creſcit volūtas. quāto magis creſcit volūtas
tāto magis decreſcit neceſſitas. et iam per-
fecta caritate amat ad reuerentiam meliorez
voluntariꝰ. non timet ad penam fortiorem
inuitus. Querunt de xp̄o hoīe qūo timorē
dn̄i habuerit? Sed facile eſt demōſtrare q̄
modo voluntarie patri in quātū ipſe homo
erat ſibi ſuperiori ſubijciebatur. ⁊ ſpōtanea
reuerentia cedebat illi quē ſuperiorem co-
gnoſcebat dicens. pater maior me ē. Sicut
igitur amor cum ſit motus mentis natura
liter vnus. ſcđum diuerſas qualitates diuer
ſa nomina ſortitur. et dicitur aliqn̄ cupidi-
tas. quando ſcz. ad mūdū eſt. q̄ndo vero ad
deum eſt caritas. ſic timor cum ſit motꝰ mē
tis naturaliter vnꝰ. ſm̄ diuerſos tn̄ modos
quibus habetur vel operat diuerſ noībus
ſignificatur.

De quattuor timoribus
Capitulum V

**Quattuor ſane ti**
mores ſacra ſcp̄tura diſcernit. ſer
uilem mūdanum. initialē. filialē.
Seruilis timor eſt ꝓ euitāda pena abſtine-
re a malo retenta voluntate mala. Mūda-
nus timor eſt ꝓ euitanda pena abſtinere a
bono retenta volūtate bona. Initialis vero
timor eſt pro euitanda pena cū peruerſo o-
pere etiā prauas cogitationes reſecare. Fi-
lialis timor eſt bono firmiter adherere q̄a il
lud amittere nolis. Ex his quattuor timori
bus duo mali ſunt. id eſt. ſeruilis. et mūda
nus. duo vero boni. i. initialis et filialis Ser
uilis timor penā que ab hoībus infert metu
it. ⁊ idcirco ei ſufficit ceſſare a malo opere. q̄
ad oculū famulat. ⁊ reatū ꝯſcientie nō metu
it. hoībus placere volens. Mundanꝰ vo ti



mor hominibus placere n̄ querēs. tn̄ diſpli
cere metuens ⁊ ipſe fingit qđ non eſt. tā mē
dax in neganda veritate. q̄z fallax alter in fal
ſitate tegenda. Et vtq̄z in veritate offēdit alē
quia timide negat qđ eſt. alē q̄a peruerſe ſi-
mulat qđ non eſt. Initialis vero timor quia
eam quā deus cōminatur penam declinare
ſatagit. nequaq̄z ſibi ſufficere videt vt abil-
licita ſe operatione contineat. quia ei q̄ cori
tuetur non eſt ſatis ad probationem ſi ino-
cens fuerit actio. niſi etiam ipſa cordis cogi
tatio ante eius oculos ſincera atq̄z impollu
ta appareat. Quia ergo illi diſplicere metuit
qui videt totum ad perfectam innocentiā
coram eo neceſſe eſſe conſiderat vt mundet
totum. ⁊ ideo iſte timor initialis dicitur. q̄a
ſub hoc per bonam voluntatem ⁊ virtꝰ ini-
tium capit. ⁊ vicium finem. Nec dum tamē
perfectio eſt. quia dum aliud agitur. ⁊ aliud
intenditur ipſum adhuc propter ſe bonum
non amatur. tunc accedit caritas et intrat ꝑ
timorem iſtum qui dum monſtrat q̄ fuge
re debeamus periculum. qđāmodo appete
re ⁊ deſiderare facit preſidium. Conuertit er
go cor ad deum. vt qđammodo de ipſo fu-
giat ad ipſum. hoc eſt. dū cauet habere ira-
tum. ſtudet habere ꝓpiciū. hūc ſequit timor
filial'. qui ex ſuccedente caritate naſcit. vt ipſ
timere nihil aliud ſit. q̄z deguſtatū in carita
te bonū iam nolle amittere. Et hic q̄dem ti
mor aliq̄d pene adiunctū hz. dū in incerto ā-
bulamus et ꝑt in vtrāq̄z adhuc ꝑē decliare
ſtatꝰ vite mutabilis. ſz cū mutabilitas nulla
erit. tunc nulla ex incerto ſuſpitōis pena ine
rit. et tūc timor qđāmodo ſine timore erit v-
bi et de ſtabilitate certi erimus. ⁊ tamen re
uerentiam creatori exhibere non deſiſtemꝰ

De caritate.
Capitulum ſextum.

**Geminam nobis**
ſcriptura ſacra caritatem cōmē
dat dei videlicet ⁊ proximi. Cari
tatē dī. vt ſic ip̄z diligāꝰ vt ī ip̄o gaudeāꝰ. Ca
ritatem proximi. vt ſic ipſum diligamus vt n̄
in ipſo ſed cum ipſo in deo gaudeamus. H
eſt vt deum diligamus propter ſeipſum. ꝓ
ximum autem propter deum. Deus autem
idcirco diligendus eſt propter ſeipſum. q̄a
ip̄e eſt bonum noſtr̄. Proximus autem ido
propter deum diligendus eſt. quia cū ipſo
in deo eſt bonum noſtrum. Illum diligimꝰ
vt ad ipſum veniamus. ⁊ ī ipſo gaudeamꝰ
Iſtum diligimus. vt cum ipſo curramus.
⁊ cum ipſo perueniamus Illum vt gaudiū.
iſtum vt gaudij ſocium Illum vt requiem.
iſtum vt requiei conſortem. Quid eſt enim
deum diligere? habere velle Quid eſt deum
diligere propter ſeipſum? ideo diligere vt
habeas ipſum. Quid eſt proximum dilige
re propter deum? ideo diligere quia habet
deum. Sicut diligimus hominem propter
iuſticiam. id eſt quia habz iuſticiam. ⁊ ſicut
diligimus hominem propter ſapientiam.
id eſt quia habet ſapientiam. ſic diligimus
hominem propter deum. id eſt quia habet
deum. vel ſi forte nondum habet. quia habi
turus eſt eum. vel vt habeat deum. Sic ita
q̄z propter deum hominem diligimus quē
vtiq̄z propter deum non diligeremus. ſi de
um non diligeremus. quemadmodum cū
hominem propter ſapientiam diligo. ideo
diligo. quia ipſam ſapientiam diligo. quem
profecto non diligerem. ſi ſapientiam ipſam
propter quam ipſum diligo non diligerem.
Ita cum proximum propter deum diligo.
ideo diligo quia deum diligo propter quem
ipſum proximum diligo. quem vtiq̄z nō di
ligerem. ſi deum propter quem ipſum dili
go non diligerem. Sic igitur ſi bene diligo
⁊ bonum diligo. Non enim bene diligo niſi
cū bonum diligo. ⁊ cum bonū qđ diligo nō
ob aliud q̄z propter bonitatem diligo. Si er
go bn̄ diligo. ſic diligo. Quomō? Amicum ī
deo et inimicum propter deum. Quid eſt a
micum diligere in deo? ideo diligere. quia
deum habet. non in diuitijs ſuis. non in for
titudine ſua. non in pulcritudine. ſed in iu
ſticia ſua. in ſanctitate ſua. in bonitate ſua
Illa enim ⁊ ſi a deo ſunt. extra deum diligi
poſſunt. et ſepe cū diligūtur. auertūt ⁊ ꝑuer
tunt mentem diligentium ſe vt deū n̄ diligāt

Idcirco pro his laudandus eſt quidē deꝰ qꝛ cum dantur ab ipſo dani. ⁊ dona eius ſunt ſed in his non eſt amandꝰ ꝓximꝰ. qꝛ vtꝰ eiꝰ non ſūt. neqꝫ bonū faciūt iſta hoīem. etiam ſi abūdauerint. neqꝫ ſi defuerint malū. Bōitas aūt bonū facit. ⁊ iuſticia iuſtū. ⁊ veritas verū. ⁊ hec cū aſſūt. adeſt deus. quia deꝰ bonitas ē iuſticia ⁊ veritas. Ideo in bonitate ⁊ iuſticia ⁊ veritate diligendus eſt hō. ⁊ qn̄ in iſtis diligitur. in deo diligitur. quia deꝰ bonitas eſt et iuſticia ⁊ veritas. Si ergo bn̄ diligimus ⁊ bonū diligimꝰ. boni ſumꝰ. Nō enī bonos facit. niſi dilectio bona ⁊ dilectio boni. Si aūt boni ſumus. nullos amicos habemus niſi bonos. ⁊ nullos inimicos niſi malos. qa ſi boni ſumus nihil preter bonū diligimus. ⁊ nihil preter malum odimꝰ. Si autē amicos bonos habemꝰ ⁊ inimicos malos amicos quidē in bonitate ſua diligere debemus. i. ideo qa boni ſūt. inimicos aūt qa in bonitate diligere non poſſumꝰ qa boni nō ſunt. tamē ꝓpterea diligere debemꝰ vt bonitatem habeant ⁊ boni ſint. Et in his oībꝰ nō niſi bonitas diligit̄ qͦniam nihil diligit̄ niſi ꝓpter bonitatē. Simili mō cū deꝰ diligit̄ ꝓpter ſe diligitur. qa ab alio non eſt. neqꝫ aliud ab ipſo qd̄ diligitur in ipſo. Cū vͦo ꝓximus diligit̄ non ꝓpter ſe diligit̄. ſed ꝓpter deū. alē i. amicus. qa deū habet. alter. i. inimicꝰ vt deum habeat. Et in his oībus non niſi deꝰ diligitur. qa aliud non eſt qꝫ deus. qd̄ ⁊ diligitur in illo. qa eſt. ⁊ in iſto diligitur vt ſit. Ergo cū deus diligit̄ ⁊ cū ꝓximꝰ diligit̄ deꝰ diligitur. Quare ergo dicit ſcp̄tura vt ⁊ deū diligas ⁊ ꝓximū? Si in deo deū diligis. ⁊ in ꝓximo deum diligis. nec aliud in ꝓximo qꝫ in deo diligis. Quare duo precepta ſūt caritatis? Si enim vtrobiqꝫ deus diligit̄. in vtroqꝫ vnū impletur. nec opꝰ fuerat p̄ceptū geminari de opere vno. ſufficeret ſi dixiſſet. Dilige do. de. tu. in hoc enim totū eſt. Qui eniꝫ deū vere diligit vbiqꝫ diligit. Si diligit̄ vere diligit̄ vbicūqꝫ īuenit̄. In ſeipſo ⁊ in ꝓximo. intus et foris. ſurſum ⁊ deorſū. longe ⁊ ꝓpe. Si mel dulce eſt. dulcis eſt ⁊ fauus. Si mel diligis. diligis ⁊ fauū receptaculū mellis. ſꝫ cum mel diligitur. ideo diligitur quia dulcedo ipſum eſt. Cum vero fauus diligit̄. ideo diligitur quia dulcedo in ipſo eſt. Mel propter ſeipſum diligitur. fauus autem proptē mel diligitur. ⁊ ſi forte videris fauum nō habentem mel. vides receptacula vbi mel eſſe debuerat. ⁊ doles eſſe vacua. ⁊ non placet tibi qꝛ arida ſunt. ⁊ cupis mel illic eſſe quod diligis. ⁊ ſi venerit. magis diligis. Ita dilige deum tuum. quia dulcedo eſt ipē. ⁊ bonitas ⁊ veritas. Proximum autem tuum dilige. quia receptaculum eſt dulcedinis ⁊ bonitatis et veritatis. et ſi in eo inueneris quam habere debet dulcedinem ⁊ bonitatem ⁊ veritatem. dilige in ipſo illa. ⁊ dilige ipſum propter illa. Si autem inueneris vacuum bonis ſuis dole. quia receptaculum inane vides. ⁊ opta vt veniant ad eum et intrent in eum bona ſua. vt fiat ipſe bonus. habens bona ſua ſine quibus bonus eſſe non poteſt. Dilige ergo deum. quia bonitas eſt. dilige proximum. quia ex bonitate bonus eſt. vel ſi bonus non eſt. vt ſit. quia bonus eſſe poteſt Qui enim iam eſſe non poſſunt boni. diligendi non ſunt. nec proximi ſunt. ſed alieni et remoti et extranei. Ne des inquit alienis honorem tuum ⁊ annos tuos crudeli. ne forte impleantur extranei viribus tuis ⁊ labores tui ſint in domo aliena. Iſti ergo ſūt alieni et extranei nimis remoti et longe facti quibus amplius reditus non patet ad bonum. demones. ſ. homines maligni cum demonibus damnati. qui idcirco a nobꝫ amplius diligendi non ſunt. quia ab illo bono propter quod diligitur omnis qui bene diligitur irrecuperabiliter corruerunt. Nuſqꝫ nobis dicit ſcriptura vt demones diligamꝰ neqꝫ illos homines qui iam cum demonibus damnati ſunt. Illi enim proximi non ſunt ſed remoti ⁊ alieni facti a nobis. Nos autem proximos diligere debemus non alienos. id eſt homines non demones. ⁊ illos homines qui vel per bonitatem non receſſerunt. vel per arbitrij libertatem redire poſſunt. Non enim omnino longe ſunt. qui et ſi abierint adhuc redire poſſunt. Iſti ſunt proximi qͦs diligere debemꝰ. vel in do ſi n̄ receſſerunt. vel ꝓpter deū ſi redire pn̄t. Quos



quādo diligimꝰ. vel in eis deū diligimꝰ. qa boni ſunt vl' in eis bonū diligimꝰ ⁊ optamꝰ cū qd̄ non ſunt boni eſſe poſſūt. Propter h̄ ergo duo ſūt precepta caritatis dei videlicet ⁊ ꝓximi. vt per caritatem dei ipſum bonum diligas. per caritatem proximi bonū qͦd diligis ꝓximo non inuideas. Poteras aliqͦd diligere. ⁊ proximo non diligere. Poteras aliquid velle habere. ⁊ tamen nō velle vt illud haberet proximꝰ tuus. in deo tn̄ non poteras. Non enī poteras diligere deū. niſi diligeres proximū tuū. quia cū īuidia ⁊ odio deus diligi non poteſt. tamen quia in alijs rebus hoc facere poteras. vt aliquid velles ⁊ proximo tuo non velles. diſtinctum eſt vt vtrūqꝫ tibi faciendū eſſe intelligas. qͣuis tn̄ alterū ſine altero facere non poſſis. Quāuis ſimul ſint. tn̄ duo ſunt dilectio dei ⁊ ꝓximi. Neqꝫ eniꝫ ideo debuerunt in preceptiōe cōfūdi. qͣuis non poſſint in actione ſeparari. Duo igitur ſunt precepta caritatis. Unuꝫ qͦ deū diligere p̄cipimur. alterū qͦ ꝓximum amare iubemur.

## Quare non ſint tria precepta caritatis.

### Capitulum VII.

ſ Ed dicis quare tria data n̄ ſūt p̄cepta caritatis vt ſiliter diligat homo ſeipſū. ſicut diligere iubetur deū et proximū. Sꝫ cōſidera qa ſuperfluū foret. vt illud fieri iuberetur ad quod faciendū ſic homo pronꝰ fuerat ex ſe vt illud aut non poſſet. aut non vellet dimittere. ⁊ ſi prohiberetur. Non igitur precipiendū erat homini vt ſe diligeret. ſed timendū vel cauendū magis erat. ne nimis diligeret. Hoc ſiquidem nature inſitū erat. vt ſe odire non poſſet. ſm̄ quaꝫ nemo carnē ſuam odio habuit. cuius commodum qui nature inſitus eſt appetitus inſeparabiliter diligit. ⁊ quod aduerſum eſt illi ſemper deteſtatur ⁊ fugit. Tamē quia queſtio aliqua eſſe videtur. quare preceptum non eſt homini vt diligat ſeipſum. ſicut mandatū ē vt diligat deum ⁊ proximum ſuum. Conſiderare nos oportet. ſi forte in his duobus mandatis in quibus de dilectione dei ⁊ proximi agitur. id etiam qd̄ ad diligendum ſe homini vel precipiendum vel faciendum eſt contineatur. Duo in homine ſunt. anima ⁊ corpus. ſpiritus et caro. Utrunqꝫ deus fecit ⁊ vtrunqꝫ homo a deo accepit. Quod autē a deo accepit. totum bonum eſt. ⁊ quod bonum eſt. totum diligendum eſt. Itaqꝫ diligere debet homo totum quod a deo bonum accepit. quia bonitati ingratus eſſet. ſi quod ab ipſa eſt. totum non diligeret. Bene ergo facit. cum diligit corpus ſuuꝫ. ita tamen ſi bene diligat id eſt ſi in eo diligat. in quo diligendum eſt. Similiter cum diligit animam ſuam bene facit. ⁊ melius facit cum diligit animam ſuam. qm̄ facit cum diligit carnem ſuam. Et tanto melius quanto melior eſt anima qm̄ caro. Itaqꝫ in vtroqꝫ bene facit. cum vtrunqꝫ bene diligit. Corpꝰ quippe bene diligendum eſt ad neceſſitateꝫ. anima vero diligenda eſt ad bonitateꝫ. Caro diligenda eſt. vt contra corruptioneꝫ foueatur. anima diligenda eſt vt contra iniqͥtatem cuſtodiatur. tamen ſi neceſſitas alterius inciderit. ⁊ alterum pati neceſſe ſit. meliꝰ eſt vt caro ſuſtineat corruptionem qm̄ anima faciat iniquitatem. Utrunqꝫ ergo diligendum eſt. ſed tamen magis illud qd̄ melius eſt. Quamuis autem vtrunqꝫ diligendum eſſet. non tamen vtrunqꝫ vt diligeret̄ erat precipiendum. Nam quia per nature affectū carnis ſue amor ſufficienter homini inerat. non erat p̄cepto prouocandꝰ vt illū haberet. ſed admonitione potiꝰ tēperandus ne nimis hr̄ēt. Carnis inqͭ apl's curam ne feceritis in deſiderijs. Carnē qͥppe ſuā hō ante peccatū per affectuꝫ nature dilexit ad neceſſitatem. Poſt peccatum autem ꝑ viciū cōcupiſcētie iā nūc diligere ꝯſueuerat ad ſuꝑfluitatē. Et idcirco in hac pte p̄cepto non eget. vbi ꝑ ſe voluntariꝰ ē. ⁊ ſi n̄ moneat̄. ſꝫ ꝓhibitōe potiꝰ ⁊ cōminatōe. ne in p̄ceps eat ſi n̄ teneat̄. Sic ergo dilectio carnis i p̄cepto ponēda n̄ fuit. dͦ qͥ ꝯſtabat qꝛ ſatis haberet. etiā ſi nō p̄ciperet̄. De dilectiōe vͦo aīe qͥri pt. vtꝝ i mādato ꝯſtituta ſit. ⁊ ſi h̄ mādatū ē hoī vt diligat aīaꝫ ſuā. vtꝝ h̄ mādatū aliud ab ill

duobꝰ mādatiſ q̄ ſupra diſtincta ſūt ī dilecti
one dei et ꝓximi itelligēdū ſit.aut idē cū illꝰ
Quid eſt autem animā diligere.niſi bonuʒ
eius amare? Sicut enim carnē ſuam ama
re dicitur.qui bonuʒ illius amat ⁊ cōmodū
appetit.⁊ odiſſe quia ea que aduerſa ſūt illi
⁊ noxia.aut ſtudioſe agit.aut voluntarie ſu
ſtinet.Ita quoqʒ animā ſuam amare dicit.
qui amat ea q̄ bona illi ſunt et ſalubria.⁊ q̄
ad bonum illius comparantur.⁊ ſaluti ꝓfi
ciunt Qui autem q̄ illi nocent amat.nō illā
amat.Qui diligit inquit iniq̄tatem.odit a
mam ſuam.Amas liuores ⁊ percuſſuras ⁊
vulnera.⁊ dicis amo carnem meam.Qua
lis amor.Tu illā ledere ⁊ affligere nō ceſſas
⁊ amare te dicis? Si amas illā.ama bonuʒ
illiꝰ Si amaſ illā bn̄ fac illi ſi potes.opta ſi n̄
poteſ.H̄ ē amare bn̄ facere.⁊ bonū velle.q̄ pſe
quit odit.q̄ fouet diligit.Si me diligere vis
ſic dilige.Alioq̄n ſi amicos pſeq̄ris.⁊ inimi
cos foues.malo te hoſtem habere q̄ʒ famili
arem.Nos amorem vocamꝰ cū bonū dili
gitur.cōmoduʒ optatur.ſalꝰ q̄ritur Qui h̄
facit diligit.Si autē hoc ē amare.ille ꝑfecto
animā ſuā diligit.qui bonū illiꝰ diligit.⁊ qđ
bonū illi eſt diligit.Quid eſt aūt bonū ani
me rationalis aliud.q̄ʒ deus? Si ergo ver
bonū anime deus eſt.ille vtiqʒ animā ſuaʒ
diligit.qui deū diligit.quia anime ſue bonū
diligit.Quid enim putaſti tibi dictū fuiſſe
q̄ndo tibi dictū eſt.vt deū diligas? Fortaſſ
eſtimabas tibi dici.vt deū tuū diligas ſicut
diligis vicinum tuū.cognatū.amicū ⁊ pro
ximū.Quomodo eniʒ eū diligiſ?niſi q̄a bo
nuʒ illi cupis ⁊ optas.⁊ facis ſi potes.⁊ facis
q̄ntū potes.ſi diligis q̄ntū potes.Tantum
enim facis q̄ntuʒ diligis.ſi tantuʒ potes.q̄n
tū diligis.tantū facis q̄ntuʒ diligis. Si aūt
minus potes.facis tamen q̄ntuʒ potes.Si
vero plus potes ⁊ minus diligis.q̄ntū dili
gis tantū facis.Quid igitur? Ita putas ti
bi dici vt deū tuū diligas.vt facias vel cupi
as illi bonum ⁊ nō potius vt cupias illū bo
nū.Nō illū amas ad bonū ſuū.ſʒ amaſ illū
ad bonū tuū ⁊ amas illū bonū tuū Neqʒ ei
ſic illū amaſ ad bonū tuū.vt ab illo ſit bonū
tuū ⁊ non ille ſit bonū tuū.Itaqʒ amas illū

ad bonū tuū.vt ipſe quem amas ſit bonum
tuū.Si enim illū amare vis ad bonū ſuuʒ.
Quid illi bōi dare potes qđ tu hēas ⁊ ille n̄
habeat.qui totū qđ habes ab ipſo habes?
Oblitus es illi dicere.deus meus es tu.q̄ni
am bonorū meorū non eges.Quid ergo il
li dabis qui totum habet quod tu habes.⁊
plus habet q̄ʒ tu habes? Tu pauper es il
le diues.In hoc mundo pauperes dant di
uitibus.⁊ qui plus habent accipere poſſunt
a minus habentibꝰ quod non habent.Hic
enim qui ditiores ſunt plus habent.qui ta
men quia totum non habent accipere poſ
ſunt quod non habent.Deus tuuſ alias di
uitias poſſidet.Quod tu minus habes.ille
plus habet.⁊ qđ aliquid habes ille totū ha
bet.Quomodo illum ergo amas? quid illi
dabis? Sed dicis.quamuis dare non poſ
ſum.tamen optare poſſum.Cupio vt illi bo
num eueniat.poſſibilitas quidem mea par
ua et exigua eſt ad illum.affectus autem et
amor diues in illum quod facere non poſ
ſum.velle poſſum.facerem quidem ſi poſſeʒ
ſed quia non poſſum.facio quod poſſum.
Quid facis? Amo deum meum.Quomo
do amaſ? cupio inquis bonum illi.Quod
bonum illi cupere potes.qui extra illū bo
num inuenire non poteſ? Deus ſummum
bonum eſt.⁊ in ipſo omne bonum.⁊ omne
bonum ipſe eſt Quid cupiſ illi qui totū ha
bʒ.totū poſſidʒ? Bonū bono optaſ.iuſticie
rectū.ſapientie ſenſum.perfectioni incremē
tū.Superuacua pietate moueris.miſerere
potius tui.ille ſatis habet.Tu illum qui op
timus eſt meliorem vis facere? Cum ergo
deum diligis.tibi diligis.⁊ bonum tuum ē
quod diligis.⁊ ad bonuʒ tuuʒ diligis.quia
bonum tuum ipſe eſt quem diligis. Cuʒ di
ligis iuſticiam.Cui diligis? ſibi an tibi? Cū
ſapientiam diligis.cum veritatem bonita
tem et iuſticiam diligis.cui diligiſ? ſibi an ti
bi? Ipſum lumen quod iocundum et dele
ctabile oculis eſt.cum diligis.cui diligis? ſi
bi an tibi? Sic eſt deus tuus cum diligis
eum.intellige quia bonum tuum ipſe eſt.
Quid eſt diligere niſi cōcupiſcere ⁊ habere
velle ⁊ poſſidere ⁊ frui? Si n̄ habet velle hrē



ſi habetur.velle retinere.q̄ʒuis verū bonum
nunq̄ʒ diligi poſſit.niſi cū habet.nec haberi
niſi cū diligitur.Bona iſta que foris ſunt ſe
pe amantur cū non habent.⁊ cū habent.nō
nunq̄ʒ deſpiciuntur.Non tale eſt bonuʒ qđ
deus eſt.ſi amat habetur.ſi diligitur guſtat
preſens eſt dilectioni.Si potes diligere.po
tes habere.Si hoc das.hoc recipis. Nō ali
ud pro illo queritur.nec pro alio illud dat

Q̄ pure et gratis amat qui deū
propter ſe amat
Capitulum VIII

Ed forte mercen
narius eris.ſi diligis deuʒ ⁊ huis
ei.vt premiuʒ ab illo accipias.Di
cunt hic quidam ſtulti ⁊ tam ſtulti vt ſeipōſ
nō intelligant.Diligimus deum ⁊ ſeruimꝰ
illi.ſed non querimus premium.ne mercen
narij ſimus .etiam ipſum nō q̄rimꝰ Dabit
ſi voluerit.ſed nos non q̄rimꝰ.In tantū eni
excutimꝰ manus ab omni munere .vt etiaʒ
ipm non queramꝰ quē diligimꝰ.Pura eiʒ
⁊ gratuita ⁊ filiali dilectione diligimꝰ.nihil
q̄rimuſ.Ipſe cogitet ſi qđ dare voluerit.noſ
nihil req̄rimꝰ.Diligimꝰ ipſū.ſed nō q̄rimꝰ
aliq̄d.etiam ipm nō q̄rimus quē diligimꝰ
Audite omnes ſapiētes.Diligimꝰ inquiūt
ipſū.ſed nō querimꝰ ipſū.hoc eſt dicere dili
gimꝰ ipſum.ſed non curamus de ipſo.Ego
homo ſic diligi nollem a vobis.ſi me ſic dili
geretis vt de me nō curaretiſ.ego de veſtra
dilectione non curarem.Vos videritis ſi di
gnuʒ eſt vt deo offeratis.qđ homo digne re
ſpueret.Quomodo ergo inq̄unt mercēna
rij non ſumus.ſi deum ꝑpter hoc diligamꝰ
vt premiū ab eo accipiamꝰ. Non eſt ergo
gratis hoc amare.neqʒ amor iſte filialis.ſed
mercennarij et ſerui qui premium q̄rit pro
ſeruitute ſua.Qui hec dicunt.virtutem dile
ctionis non intelligunt.Quid enim eſt dili
gere.niſi ipſū habere velle? nō aliud ab illo
ſed ipſuʒ.hoc eſt gratis.Si aliud q̄reres ab
ipſo.gratis non amares Nunc autem non
aliud queris ꝑ eo qđ amas.⁊ tamen aliq̄d
queris et deſideras in eo ipſo qđ amas. Ali
oquin nō amares.ſi non deſiderares.ſed a

liud eſt pro ipſo.aliud in ipſo.Si ꝑ ipſo ali
quid amas.mercēnarꝰ es.Si in ipō amaſ
⁊ ipſū amas.filius es.Etiam ſi vitam etnaʒ
aliquid aliud eſſe cogitaueris.⁊ diuerſum
ab ipſo bono qđ deus eſt.⁊ ꝑ ipſo adipiſcē
do tantum ſeruieris.non eſt ſeruitus pura
neqʒ dilectio gratuita.Filij zebedei qui con
ſeſſum dextre et ſiniſtre petierunt in regno
eius quiddaʒ aliud cogitauerunt alienum
et diuerſum ab iſto bono.et ꝑ eo adipiſcen
do aliq̄ndiu illi adheſerunt.donec increpa
ti et mutati veritatem cognouerunt ⁊ intē
tionem correxerūt.Putauerūt enim q̄ deo
ſeruiendum eſſet.pro eo qđ ipſe nō eēt.quia
non intellexerūt ipſū eſſe bonū qđ ſolū amā
dū eſt ꝑpter ſeipſum.⁊ quicq̄d amandum
eſt preter ipſū amandū eſt ꝑpter ipſum.qđ
quidem tanto amatur felicius quanto ar
dentius.Qui hoc amat.ſeipſū amat.q̄a bo
num ſuum amat.⁊ vere amat.q̄a veruʒ bo
num amat.propterea ſcriptura nō dixit tibi
vt diligas teipſum.ne forte errares ⁊ puta
res indulgendum tibi et ſtudendum his q̄
foris ſunt cōmoda ⁊ ſuauia carni tue.⁊ eſti
mares q̄ te ſic diligere deberes.⁊ occaſionē
ſumeres a ſcriptura.vt ſolam carnem foue
res.⁊ animam tuam negligeres. propter h̄
non dixit tibi vt teipſū diligas.ne h̄ intellige
res vbi magis diligeres.⁊ h̄ negligeres vbi
periculoſiꝰ deperires.Nō ergo tibi dixit vt
teipſū diligas.nec tamē oīno tacuit cū dixit
vt deū tuū diligas.Cū enim dilig̃ deū tuū.
diligis bonū tuū.⁊ melius bonū.⁊ melioris
bonū.Et cum diligis bonum tuum diligis
te ipſum.qui bonum ipſius diligis ⁊ qđ bo
num eſt illi diligis.

De menſura diligendi deum.
Capitulum IX

Uantū aūt dilige
re debeamꝰ bonū nrūʒ qđ deꝰ ē ſcꝑ
tura nob māifeſtat cū di.Dilige.d.
deū tu.ex to.corde tu.⁊ ex to.mē.tu.⁊ ex.t.a.t.
q.d. Non tibi ꝑcipio vt tātū vl' tātū diligaſ
deū tuū.Quātū potes.tātū dilige.poſſibili
tas tua.erit mēſura tua.Quāto plꝰ amaſ.tā
to plꝰ hēs.⁊ q̄ʒto plꝰ habes tanto felicior es.

Extendere ergo ⁊ dilatare quātuꝫ potes vt totum impleatur qđ in te eſt. etiā ſi nō totū capiat̄ qđ in illo eſt. Noli timere quaſi tibi deficere debeat ille ſi minꝰ capax fueris. Cape quātumcūqꝫ poteris. nunqꝫ tantū poteris q̄ntū ipſe ē. Si tātū poſſes tātꝰ eēſ. Nūc aūt creſcere ī illo poteſ. eq̄re illi ñ poteſ. creſce gͦ ⁊ profice. Quāto maior eris in bono tā to melior eris. Si ſummus eſſes. optimus eſſes. Nunc quia ſummꝰ eſſe non potes. potes eſſe in ſummo. ⁊ magnum tibi ħ eſt. ⁊ ex hoc tu magnus es. ſi in ſummo es. ⁊ tanto vtiqꝫ maior q̄nto altior. Aſcendis autē cū diligis. ſurſum pergis in caritate. quia caritas ſurſum ducit. ſicut ait apl̄s. Adhuc excel tiorē viam vobis demonſtro. Aſcēde ergo dum potes. modo tēpus eſt creſcendi ⁊ proficiendi. poſtea cum ꝯſūmabunt̄ omnia ſtabis in eo ad qđ perueneris. ⁊ erit ħ ſummū tuū in illo ſupra qđ non tranſies amplius. ſed ſummū illius non erit in quo propterea conſiſtas quaſi non inuenias amplꝰ q̊ creſcas. Idcirco aſcende dum potes. quātum potes nunq̄ꝫ nimis potes. vbi nunq̄ꝫ poteſ totum. Dilige dominū deū tuū ex toto corde tuo. ⁊ ex to. a. t. et ex. t. m. t. vt ex illo totum tuum impleat̄ etiam ſi a tuo totū illiꝰ nō capiatur. totum replet in te. ⁊ ſuperabundat ī ſe. Si vas non deficit oleum ſufficit. cor tuum vas eſt. amor illius oleuꝫ eſt. Quandiu vas habes. ille oleum infundere nō ceſſat. ⁊ poſtea cum tu amplꝰ vas nō habes. ille adhuc amplius oleum habet. Propterea noli parcere illi cape quātuꝫ potes. Dilige q̄ntum ſufficis. quia ille non deficit. Dilige ex toto cor. tuo. ⁊ ex t. a. t. ⁊ ex to. m. t. i. ex toto itellectu tuo. ⁊ ex toto affcū tuo ⁊ ex tota memoria tua. Quantum intelligis quantum ſapis ⁊ quātum ſufficis. tantū dilige. totū cognitione impleatur. totum dilectione afficiatur. totū memoria teneatur. quicq̊d de illo in cognitionem ⁊ memoriaꝫ venit. Si recte totum probatur. cur nō totuꝫ diligat̄. Quātum illuminaris tantum afficiaris vt totū dulce ſit. Quantuꝫ ergo innoteſcere dignatur nobis. tantum diligatur a nobis. Totū quod capere poſſumus diligamꝰ ⁊ quātuꝫ poſſumus.

## De menſura diligendi proximuꝫ Capitulum. X

D E dilectione proximi dicit nobis ſcptura. Dilige proximum tuuꝫ ſicut teipſum. Qđ mandatum tunc profecto implemꝰ. ſi veraciter id quod nobis cupimꝰ bonum etiam illi cupiamꝰ. In quibus enim noſmetipſos recte diligimus proximum noſtrum ſiue ad neceſſitateꝫ corporis. ſiue ad anime ſalutem ſine fictione diligere. ⁊ quantū rationabiliter poſſumꝰ. adiuuare debemus. Querunt autem aliqui ſi id qđ dictuꝫ eſt. ſicut teipſum. ſm ſimilitudinem tantū. ſiue etiā ſm equalitateꝫ intelligendum ſit. Nam ſi proximos noſtros tantum diligere iubemur q̄ntum noſmetipſos. videtur quiddam ſcrupuloſum inde oriri. qđ nō leuiter explicare poſſumus. Ecce duo ſunt. quorum alterū perire neceſſe eſt. Datur vni optō. quod velit eligat e duobus quorum alteruꝫ omnino euitari non poſſit. Si ſuam ſalutem magis eligit. minus proximuꝫ diligit. Si proximi ſalutem magis eligit. deum minus diligit q̄ꝫ proximū. a quo ſeparari vult propter proximū. Sed forte quis dicat parem dilectiōeꝫ facere non poſſe electioneꝫ. Utrunqꝫ equaliter velle. ⁊ vtrunqꝫ equaliter nolle nec poſſe alterum alteri preferre in optione. que paria omnino conſtant in dilectiōe. Sic ergo forte quis hanc obiectionem euitare contēdat. Sed quid dicemus? Si vnum aliquē hominem tantum diligere debeo quantuꝫ meipſuꝫ. nōne duos aut tres. aut quattuor diligere amplꝰ debeo q̄ꝫ meipſum? Sic vadūt q̄ſtiones hoīm. ⁊ inq̇etāt homīes ſemetipſos cogitatōibꝰ ſuis. dicūt eīꝫ. Qđ meliꝰ ē āplꝰ diligē dū ē. Ponāmꝰ tres hoīeſ. vnū hic duoſ ide. dico qꝛ pire necē ē. aut vnū iſtū aut duoſ illoſ. dic gͦ tu mihi. qđ eliġ q̄ proximū tuꝫ diliġ tāqꝫ teipꝫ. meliꝰ ē pire vnū q̄ꝫ duos. quia meliuſ eſt ſaluari duoſ q̄m vnum. ideo inquis magis eligo vt pereat vnus ⁊ duo ſaluēt̄. ergo viſ vt maġ ſaluēt̄ duo iſti q̄ꝫ ille vnꝰ. nōne ergo illoſ maġ diliġ. qđ potiꝰ eliġ? Ita inquis oīno magis diligo. Uide ergo quid ſeq̄tur? Supius aūt ꝯfeſſꝰ es qꝛ tātū diligis vl̄ ſi nō diligis. tantū diligere dbes proxim tuū q̄ntū teipꝫ Si ergo tātū diligiſ vnū iſtū tāqꝫ teipm ⁊ rurſuꝫ duos iſtos plꝰ diligis q̄ꝫ vnū iſtuꝫ. plus vtiqꝫ duos illos diligis q̄ꝫ teipm. Et ſi plus duos iſtos diligis q̄ꝫ teipꝫ. q̄ntū videtur plus duos illos diligis q̄ꝫ deū ꝓpter quos ſeparari vis ab eo vt deū non habeas. neqꝫ diligas deū et pereas tu vt illi ſalui fiāt Et fortaſſis aliq̄s exiſtimabit eiuſmodi dilectōnem habuiſſe Moyſen: qui iraſcēti deo pro ſalute priorum ſe opponens ait. Si non dimittis eis hanc noxam dele me de libro quē ſcripſiſti Et apoſtolꝰ pro fratribus anathema eē cupit a xp̄o vt illi ſalui fiant ī xp̄o. Et fortaſſe hoc aliquis etiā ad amoreꝫ dei ptinere credat vt eū tantū diligamuſ. vt gl̄iam eius in alijs potius amplificari q̄ꝫ in nob̄ coartari cupiamus. Et propterea pro ſalute mltoꝝ noſtrā nobis perditionē optandā vt potiꝰ multi ſaluent̄ et nos pereamꝰ. q̄ꝫ multi pereant ⁊ nos ſaluemur. Sed conſiderate q̊niam dilectionis ordo talis nō eſt. vt ante ſe diligat hō proximū ſuū cuius dilectōem a ſua trahere ⁊ formare iubet̄ cū dicit̄. Diliges proximū tuū ſicut teipꝫ. Si eni proximū ſuū diligit ſicut ſeipm. quomō proximū diligit cū ſeipſuꝫ non diligit. Si eni proximū ſuum diligit ſicut ſeipſum. profecto hoc illi cupit ⁊ optat quod ſibi. Si aūt hoc illi euenire d̄ſiderat quod ſibi. q̊modo illius ſalutem deſid̄rat qui ſuā perditōnē optat? Ita qꝫ ſeipſuꝫ primū bene diligere debet. vt poſtea ſm ſe bene diligat ⁊ proximum ſuuꝫ. Si autē ſe perdere vult vt ſaluū faciat proxim ſuū non eſt ordinata dilectio. quia pro aīa ſua nullā cōmutationē dare poteſt homo. Hoc eni primū a te requirit deus vt aīam tuam des illi deinde cetera adijciaſ. Si q̊d pro iſto dare volueris nō accipitur niſi dederis ⁊ iſtđ. Primū iſtud. reliqua cuꝫ iſto. Nō itaqꝫ dico duos aut tres aut quattuor homīes. ſed nec totū mundū contra aīam tuā diligere debes. Si eni aliquid plus q̄ꝫ animā tuā diligis. idem ipſū pfecto plꝰ q̄ꝫ deū diligere cōprobaris. quia animā tuaꝫ non diligis. niſi in eo ſolo quia bonū illiꝰ quod deus eſt diligis. Idcirco pmū dilige animā tuā diligendo bonū aīe tue. deinde etiā dilige proximū tuū ſicut teipm diligendo illi bonū q̊d diligis tibi. Hoc eſt eīꝫ illū diligere bonū illi diligere. Nam bonū illius diligere poſſes. etiam ſi illi non diligeres. Poſſes eni tibi diligere aut alteri cuilibet ⁊ non illi. Et ita illū nō diligeres q̄ꝫuis bonum illius diligeres quia illi non diligeres. Poſſes diligere equū illius. veſtimentum illius. domū ⁊ agrū. pecuniam illius. fortitudinē illiꝰ. pulcritudinē aut ſapientiā illius. q̄uis illū non diligeres. quia tibi diligeres non illi. ita bonū illius tibi diligere poteras. et tñ illū non diligere. q̂a tibi diligeres non illi. tñ verum bonuꝫ non poteras tibi diligere niſi illud diligereſ ⁊ cuperes proximo tuo. Diſtinxit ergo ſcriptura dilectionē iſtā ſm illaꝫ que ī alijs ⁊ de alijs bonis eſt dilectionē. primuꝫ precipiens homini vt deū diligat. Intendēs vtiqꝫ vt ī eo ipſo ſeipm diligat. quia diligere ſeipꝫ non aliđ ē q̄ꝫ bonū ſuū diligere. et bonū ſuū diligere non eſt aliud q̄m ſibi diligere. hoc eſt velle illud ⁊ deſiderare. Quia eni omnis q̄ bonū ſuū diligit. ſibi diligit ⁊ rurſum quia omnis qui deū diligit. bonū ſuū diligit. cōſtat profecto. quia nemo deuꝫ diligit qui ſibi illū non diligit. ⁊ omīs qui diligit ſibi diligit. qꝛ deſiderat ⁊ habere cupit quē diligit Item quia non oīs qui bonū alterius diligit. illū diligit cuius bonū diligit. quia nō illi diligit bonum q̊d diligit. Diſtinxit ſcriptura humane menti ſcđm ea q̄ in humanis diuiſa aliquotiens inueniuntur. id q̊d diuina inſeparabile habent dicēs homini vt poſtq̄ꝫ diligeret deū. diligeret ⁊ proximuꝫ ſuum. non qꝛ illud ſine iſto facere poſſꝫ. ſed ne poſſe putaret. Primū ergo dixit vt deū diligeret. ⁊ ī eo ipſo dixit vt ſibi diligeret. qꝛ oīs qui bonū ſuū diligit. ſibi diligit. Qꝛ vͦo non omīs qui bonū alterius diligit. illi diligit cuius bonū diligit. Poſt dilectiōeꝫ dei ſtatim ſubiunxit dilectiōeꝫ proximi. vt hoc homo proximo ſuo cuperet diligendo illū

quod ſibi diligēdo deū. Nemo igit̄ exiſtimet pro eo q̄d dictū eſt. dilige proximū tuū ſicut teipm̄. tantū quēlibet vnū hominē ſe diligere debere quantū ſe. ⁊ duos aut tres aut quatuor plus q̄ ſe. Si eni tantū ſe diligit quantū ſuū diligit bonū. ⁊ tantū diligit bonū ſuū quantū diligit deū. conſequens erat vt tantū diligeret proximū quantum deum ſuū. ſicut tantū diligeret quantū ſe ipſum. Propterea non illi dicit̄ vt illū tantum diligat. ſed vt in eo ī quo ſe diligit illū diligat. vt q̄d ſibi cupit illi cupiat. Hoc eſt enī diligere ſicut ſeipſ cupere illi et optare quod ſibi optat. ⁊ cupit bonū primū quidē ſibi. deinde illi. Non enī amat illū ſicut ſe. niſi prius amet ſe. Et in corporalibꝰ quidē bonis que intantū quidē aliquando coartantur vt q̄d ab vno ſolo poſſidet̄ ad alterius vſum tranſire nō poſſit. niſi ab eo a quo poſſidetur totū receſſerit. ſi gratuita charitate ⁊ ꝓpter ſpūalis boni ampliorē remunerationē aut dilectionē homo ſe ſup̄ debitum non extollat. nichil proximo īpendere cogitur q̄d ſue neceſſitati debetur. Nichil enī primo debet niſi poſt illud et ſm̄ illud q̄d ſibi debet. Et idcirco cū vtrunq̄ nō poteſt. primū faciat quod p̄mū faciendū eſt. De reliquo enī ſi deeſt effectus. ſufficit affectus. Et fortaſſis propter hunc affectū oſtēdendū Moyſes de libro ſcripto deleri petijt. ⁊ Paulus pro fratribus anathema a chriſto fieri concupiuit. nō q̄ deū propter hominē perdere vellent. ſed q̄a deū ſi fieri poſſet ſine primo quē diligebant poſſidere nollent. Affectus enī loq̄batur et quaſi de dilectione ſecurus. amato ⁊ amanti in dulcedine dilectōnis de ſeparatōe cōminabat̄ non q̄a illius ſeparatōnē diligebat. ſed q̄a alterius coniunctōē optabat. In eo autē q̄d primi bonū amat. ⁊ primo bonū amat bonū ſuum amat ⁊ ſibi amat. q̄a bonū ſibi eſt bonū primi ſui. Si amat illud et cupit illi q̄d eſt bonū illi. Vex enī bonū cū inuidia nō poſſidetur et cū charitate felicꝰ poſſidetur. Sed dicis. Q̄d magis bonum eſt. magis diligendū eſt. Maius autē bonū eſt duos ſaluari q̄ vnū. Quaꝓpter ſi optio data fuerit quid malim. ego eligere debeo vt multi ſaluent̄ q̄ ego ſolus. Hoc ergo nō attendis q̄ maiꝰ bonū mihi eſt vt ſaluꝰ fiā ego ſolus. ⁊ plures pereāt q̄ vt pereā ſolꝰ ego ⁊ multi ſaluent̄. Q̄d aūt maiꝰ bonū michi eſt. a me plus diligendū eſt. q̄a mihi primū inſitū eſt vt diligam bonū meū. illud maxime q̄d vex eſt bonū. ⁊ poſt illud ⁊ ſcd̄m illud diligā bonū primi mei. Scd̄m me et poſt me aliquid illi debeo. ante me vl' cōtra me nihil. alioquin nō ſtaret. Diliges primum tuū ſicut teipm̄. ſi illū diligeres odio habēs meipſū. Scd̄m hunc itaq̄ modū nō niſi duo ſunt p̄cepta charitatis. Primū de dilectione dei in quo hō veraciter diligit ſeipſum. Secundū de dilectiōe primi in q̄ primū diligit ſicut ſeipſū.

## Utrum charitas ſemel habita amittatur.

### Capitulum XI.

Quidā de charitate tam multa dicere voluēt. vt caritatē laudare incipiant cōtra veritatem. Et nō eſt iā laus charitatis. vbi eſt iniuria veritatis. Dicūt charitatē talē ac tantā virtutē habere vt ſiñ illa reliq̄ virtutes omnes quāuis aliq̄ mō ſcd̄m affectū nature ad bonum ꝓcliuem ineſſe poſſint. meritū tamen eterne retributōnis apd̄ deum habere nō poſſint. Q̄d enim ſine charitate fit ꝓpter deum nō fit. et q̄d ꝓpter deū nō fit. deus remunerare nō hab̄ ſi vlt etiā ſi ſcd̄m aliq̄d bonū eſt illud q̄d fit. Nature enī bonū eſt nō gratie. In natura. non ſup̄ naturā. Q̄d ergo ex nā̄a ſola bonū eſt. in ſola natura ⁊ meritū illius ſimil' ⁊ p̄miū eſt. Itaq̄ quod ſine caritate in ſola natura fit. ad illud quod in deo eſt ſupra naturā premium nō ꝑtingit. Liquet ergo q̄a bonum operando ſummū bonū non meret̄. niſi is ſolum qui id q̄d facit bonū ꝓpter id q̄d facit. ſummū bonū opatur. Vis mereri deū fac quod facis ꝓpter deū. Hoc ergo dicūt de charitate q̄a virtus eſt omniū virtutū et placent ꝓpter ipſam que ſine ipſa ⁊ ſi ad aliq̄d bona eſſent. ad ſummū tamen bonū



obtinendū bona eſſe non poſſent. Hec omnia de charitate dicta libenter ſuſcipimus q̄ principiū bonū ſententie veracis. S; ſeq̄t aliud q̄d ſe quidē coniungit veritati cū falſum ſit illud. vt cū illa ingrediat̄ ⁊ ꝑ illa ſuſcipiatur. ſed nos a tenebris lucem diſcernimus ⁊ deridemus obſcurū q̄d lumini ſe ingerit et ſtare ſe putat cū lumine. Si enim charitas lumē eſt. error vero ⁊ ſtulticie tenebre ſunt. vbi charitas eſt. lumen eſt. ⁊ nō eſt in ipſa q̄ palpando incedit. Qui enī in charitate ē aut ābulat ⁊ videt aut ſtat ⁊ nō p̄ſumit vltra q̄ videt. Quādiu vero in lumine eſt ſiue ſtet ſiue ambulet errare non poteſt. q̄ videt vbi ē. Qui aūt preſumptiōe ſua ſe precipitat vbi nō videt. perdit claritatem q̄a non hab̄ charitatē. et quocunq̄ vltra proceſſerit. error totū ē. Sic iſti de charitate mentiunt̄ neſcientes charitatē. quia preſumere nō debuerūt in eo q̄d videre nō potuerunt. Dicunt q̄ charitas ſemel habita nunq̄m amplius amittat̄. Ego igitur illos interrogo ſi charitatē vnq̄m ꝑdiderūt Et vtinā idcirco charitatē non ꝑdidiſſent. quia habitā retinuiſſent. S; vereor q̄ ideo potius nō ꝑdiderunt. q̄a nunq̄ habuerūt Si aūt nunquā habuerunt neq̄ guſtauerūt: quomō aſſerere preſumūt quod neſciunt? Si autē charitatem aliquādo habuerunt atq̄ guſtauerunt. habēt adhuc ipſam charitatē quam habuerunt q̄ ſcd̄m ſententiam ipſorū ſemel habitā amittere nō potuerunt. Si autē habent charitatem. ambulant ſcd̄m charitatem ⁊ nō opantur iniquitatem. Si autē agunt iniquitatē nō habēt charitatem. Si enī deum non diligit qui mundū diligit. ⁊ ea que in mūdo ſunt. quomodo multo magis nō deum diligit q̄ iniquitatē diligit. Qui diligit iniq̄tatem odit animā ſuam. qui odit animā ſuam ſeipm̄ non diligit. vel ſi diligit male diligit. q̄a ſm̄ ſolam carnē diligit. Qui aūt non diligit ſe ipſum. non diligit primū ſuum ſicut ſeipm̄ Qui autē nō diligit primū quē videt. quomodo poteſt deū diligere quē non videt? Iſti ergo q̄ aliq̄ndo opantur iniquitatem dicant q̄modo habeant charitatē An forte dicent. quoniā non ipſi operantur. ſed peccatum quod habitat in eis. Nā ⁊ tales fuerunt nōnulli ſtulti ⁊ nō intelligentes id q̄d homo eſt. q̄a putabant q̄dam peccata etiā cum deliberatōe ꝑpetrata eiuſmodi eſſe vt de ipſis homo dicere veraciter poſſet. Nō ego operor ſed peccatū quod habitat ī me non attendētes. quia hoc quidē quod hō concupiſcentiā ſentit. q̄a ex neceſſitate eſt vite corruptibilis nō ipē opatur. Quando vero concupiſcentie cōſentit. quia ex voluntate eſt non niſi ipē opat̄. Si ergo per ꝓpriam voluntatē operantur iniquitatē. non habent vtiq̄ charitatem. Et quid dicent? Conueniant cōſcientiam ſuā et moderētur ſcientiam ſuam. Conſcientia humiliet̄ ne ſcientia infletur. Non ergo de iuſticia p̄ſumant ne forte per ipām falſe iuſticie preſūptionem ſcientiam veritatis amittant. Dicunt q̄a qui ſemel charitatē hab̄. deinceps eam amittere nō poteſt. hoc eſt dicere q̄ bonus eſt malꝰ eſſe non p̄t. Quare ergo non ſimiliter dicemus. q̄a qui malus eſt bonꝰ eſſe non poteſt. ſi dicimus. q̄a q̄ modo bonus eſt malus eē non p̄t? Qui enī charitatem habet bonus eſt. ⁊ q̄ non habet charitatem bonus nō eſt. Sic ergo bonus q̄d habet non p̄t amittere. nec malus q̄d non habet poteſt acquirere. Q̄d ſi verum eſſe conſtiterit nec ſtanti timendū eſt nec ſperādū iacenti. Nos in tempe ſumus vbi incerta voluuntur omīa. ⁊ tu michi de tempe eternitatem facis? Scriptura dic̄ quia homo nunq̄m in eodē ſtatu permanꝫ. ⁊ tu neſcio vnde contendis. q̄a q̄ ſtat nunquā cadit. Quare ergo dictum eſt. qui ſtat videat ne cadat. Utinam verū eſſet. ſi tamen iuſtum eſſet vt in hac vita omnis q̄ bonus eſt. malus eē nō poſſet. Sed nūc vita iſta hoc habere non poteſt. in q̄ ⁊ mali expectātur vt boni fiant ⁊ boni probantur ſi ad iniq̄tatē non declinant. Extra hanc vitā q̄dam mali ſunt q̄ boni eſſe non poſſunt. ⁊ boni q̄dā ſunt qui ſimiliter mali eſſe non poſſunt. q̄a illi per maliciā ligati ſunt. iſti per grām cōfirmati. Sed et in his q̄ neceſſitatē natura que ex ſe mutabilis eſt nullatenus operat̄

quia in alijs vt dictũ eſt mutabilitatẽ natu
re: nõ natura ſed malicia in deterius coar
tat. i alijs vero eandẽ nature mutabilitatez
nõ natura ſ; gr̃a in melius ꝯfirmat. Qui
ergo illic mali ſunt boni eſſe nõ pñt. et ſilr̃
qui boni ſunt mali eẽ nõ poſſunt. Hoc enĩ
eternitatis eſt ⁊ immutabilitatis. vt illic de
alio in aliud trãſitus eſſe nõ poſſit. Hic au
tem mutabilẽ quãdiu viuitur. ⁊ malus bo
nus. et bonus malus eſſe poteſt. Et ſi forte
aliquis ita bonus inueniaẽ qui ſemper bo
nus ſit. idem ipẽ tamẽ qui bonuſ eſt. malꝰ
eſſe poteſt. q̃;diu ille qui malus eſt. bonus
eſſe poteſt. Vterq; enim ſub tempoꝛe vi
uit ⁊ vtriuſq; conditio vna eſt in tempoꝛe.
Sed dicis. Quid ergo ſibi vlt auctoꝛitas
que dicit. Charitas nunq̃m excidet? Audi
q̃d. tu fortaſſis intelligebas. q exquo ſemel
habeẽ amplius nõ amittaẽ. Noluit hoc di
cere ſcriptura. ſed aliud quod tu quidẽ id:
circo recte nõ intellexiſti. q: ipam ſcripturã
non bñ inſpexiſti. Quid ergo. Quid dicit
ſcriptura illa? Nunc inquit manẽt tria h̃.
fides ſpes charitas. Quid ẽ nunc? Hoc eſt
in hac vita q̃;diu q̃d non videtur creditur.
et ſperatur q̃d expectatur. ⁊ deſideratur q̃d
amatur. Cum autẽ finẽ acceperit vita hec.
et om̃ia facta fiant manifeſta. quid erit oc:
cultum quod credatur. q̃ndo nihil erit q̃d
manifeſte non videatur? Quid etia; tunc
poterit ſperari futurũ. quando omnia pre
ſentia erunt. ⁊ nichil erit futurum? Dictũ
eſt quia ſi vides nõ eſt fides. Et iterum. q̃d
videt quis quid ſperat? Ergo illic non cre
des. nõ dico quia infidelis eris. ſed nõ cre
des quia ſcies. Similiter dico quia illinc
nõ ſperabis. nec tamẽ dico deſperabis. ſed
ideo dico nõ ſpabis. quia q̃d ſperaſti totũ
habens nichil futuꝝ expectabis. Nũquid
ſimiliter dico quia illic nõ amabis? Ergo
quando adhuc nõ habuiſti dilexiſti. ⁊ non
amabis q̃ndo habebis. Abſit. Imo multo
magis tunc amabis quãdo quez amabis
videbis. ⁊ quem videbis habebis. Nõ enĩ
ſic amoꝛ iſte ẽ vt abſens diligatur ⁊ p̃ſens
faſtidiatur. Ergo tũc etiam amabis. ⁊ mul
to magis amabis ⁊ remãebit charitas. q̃n

do fides ⁊ ſpes amplius nõ erunt. Hoc ſibi
vult quod dictum eſt. charitas nunq̃m ex:
cidet. q̃nia; hic habetur ⁊ illic retineẽ. Siue
prophetie euacuabunẽ. ſiue lingue ceſſabũt.
ſiue ſcientia deſtruetur. Omnia enĩ hec in
hac vita tantũ ſunt. Etiam ipſa ſcientia no
ſtra que modo eſt. tũc non erit. Non quia
tunc nulla erit. ſed quia alia erit. Om̃ia er:
go iſta cum ipa vita excidunt. quia nõ per
manẽt poſtea quãdo videbitur q̃d crediẽ.
et habebiẽ quod ſperatur. Charitas autem
nunq̃; excidet. q̃niam et hic eſt ⁊ illic erit. et
nõ habebit finẽ vnq̃m dilectio. ſicut finem
nõ habebit vnq̃m inſpectio. Sicut nunq̃;
ſeparabimur a contemplatione. ſic nun:
q̃m euacuabimur a dilectõne. ſed ſemꝑ vi
debimus ⁊ ſemper diligemꝰ Sic ergo cha
ritas nunq̃m excidet quia ſemper manet.
Non enĩ dixit a nullo excidet. ſed nunquã
excidet q̃a nõ in omibus manet. et tñ ſemꝑ
manet in q̃bus manet. Nam ſi propterea
non manet ſemper. quia nõ in omibꝰ ma
net. ergo nec fides nec ſpes hic manet. q: ñ
in oibꝰ manẽ;. Multi eni; a fide ⁊ ſpe q̃ in
deum eſt receſſerũt. et fidem ⁊ ſpem ipſam
quam habere ceperant deſeruerunt. ⁊ exci
dit ab eis fides ⁊ ſpes etiam in hac vita. nc̃
tamẽ idcirco minꝰ verum fuit q̃d dictũ eſt.
Nunc manẽt fides ſpes charitas tria hec.
Si ergo fides ⁊ ſpes que hic aliq̃ndo a qui
buſdam excidũt. tamen hic manẽt. q̃a hic
nunq̃; pꝛoꝛſus excidũt que in alijs manẽt
ergo ſimiliter charitas que aliq̃ndo hic a
q̃buſda; excidit. tamẽ ſemper manet quia
q̃muis a q̃buſdam excidit. nunq̃m tamen
pꝛoꝛſus excidit. q̃a in alijs ſemper manet.
Neq; enim idcirco perit. ſi in me perit et
michi perit. neq; pꝛopterea deſtruitur ſi a
me euacuatur ⁊ in me deſtruitur. q̃nia; al
teri manet q̃d michi nõ manet. Sed dicis
iterum. Si hij q̃ mali ſunt. futuri ⁊ peritu
ri charitatẽ aliq̃ndo habere poſſunt. q̃mo
do charitas fons pꝛopꝛius nominaẽ. de q̃
non communicat alienus? Qui enim pe
reunt alieni ſunt. et nõ pertinẽt ad nos. ne
q; ad id q̃d noſtrũ eſt. Si ergo alieni ſunt
q̃modo de illo q̃d noſtrum eſt pꝛopꝛium



communicare poſſunt. Miru; eſt. Si enĩ
hij qui aliq̃n alieni fuerunt. pximi facti ſũt
accedẽdo. quare nõ ſimiliter hij q̃ pꝛoximi
ſunt. alieni fieri poſſunt recedendo? Si ei;
accedere poſſunt q̃ longe ſunt. poſſunt etiã
recedere qui pꝛope ſunt. Qui accedunt re
conciliantur. q̃ recedunt abalienanẽ. Si aũt
qui reconciliati ſunt pximi ſunt. ergo ⁊ qui
abalienati ſunt alieni ſunt. Tamen q̃;diu
pꝛoximi fuerũt alieni nõ fuerunt. ſicut hij q̃
alieni fuerũt pꝰus q̃; recõciliarenẽ. pꝛoximi
nõ fuerunt. Et qui pximi fuerunt: q̃;diu p
ximi fuerunt. de fonte ppꝛio cõmunicaue
runt. Et ſimilr̃ qui alieni fuerunt q̃diu alie
ni fuerunt. de fonte ppꝛio nõ cõmunicaue
runt. Cum aũt hij qui alieni fuerunt pximi
eſſe ceperũt. de fonte pꝛopꝛio cõmunicare
ceperũt. ⁊ ſilr̃ q̃ pximi fuerũt poſtq̃; abalie
nari ceperunt. de fonte ppõ communicare
deſierũt. Et remanet ſemꝑ fons ppꝛius. de
quo nõ cõmunicat alienus. Alienus eni;
ꝯmunicare non poteſt. ⁊ tamẽ qui alienus
eſt pꝛoximꝰ eẽ poteſt. Charitatẽ malus ha:
bere non p̃t. ſed qui malꝰ eſt bonus eſſe p̃t.
quãdo bonꝰ eſſe incipit ⁊ charitatẽ habere
incipit. Et quãdo bonus eſſe deſinit. chari:
tatem habere deſinit. ⁊ nunq̃; charitatem
niſi bonus habere poteſt. q: charitatẽ habe
re et ſimul malꝰ eẽ nemo poteſt. Dicis ite
rum. Si aliq̃n charitas ſemel habita amit
titur. quid eſt q̃d dicit ſcriptura. Qui ami:
cus eſt ſemꝑ diligit? Si ei; qui diligit ami
cus eſt. ⁊ q̃ amicus eſt ſemper diligit. pꝛofe
cto qui diligit ſemꝑ diligit. Qui aũt ſemꝑ
diligit nunq̃; charitatẽ amittit. Si ergo ve
ra ſcriptura eſt. et qui diligit ſemꝑ diligit.
qui ſemel charitatem habet nunquã illam
amittit. Sic tibi videẽ. Multa ſunt talia q̃
deduci quo vis poſſunt ſed magnũ nõ eſt
ſi aliquid dicas. ſed ſi hoc quod dicis vtrũ
ſic ſit dicendũ intelligas. Qui amicꝰ ẽ. ſem
per diligit. Verum eſt hoc. quia amicus
ſemꝑ diligit ⁊ inimicꝰ ſemper odit. et tamẽ
qui amicus eſt. inimicꝰ eſſe poteſt et odire
et qui inimicus eſt. amicus eẽ poteſt ⁊ dili
gere. Quãdiu amicus eſt. diligit. q̃;diu ini

micus eſt odit. Sunt aũt quidã non veri
amici qui in pꝛoſperitate amare ſe ſimulãt
et in aduerſitate pꝛobanẽ quales ſunt. ppẽ
huiuſmodi dictũ eſt. q: verus amicꝰ ſemꝑ
diligit. hoc eſt. non in pſperitate tãtum di
ligit. ſed etiã in aduerſitate. hoc eſt ſemper.
Non enĩ eſt verus amicus. etiam quando
amicus eſſe videẽ. qui ſcd̃m tempus nutat
vel mutatur vt in vtranq; partẽ poſt foꝛtu
nam moueẽ. Non talis eſt ille qui ſemper
diligit q̃ hominẽ amat. nõ pecuniã. amicũ
nõ lucrum. Qui enĩ pꝛopter ſola; pecuniã
amat. q̃;diu pecunia abundat. amat. q̃ndo
pecunia deficit. dilectio deficit. ⁊ nõ eſt ami
cus iam qui amicus eſſe videbatur. ymo q̃
pꝛius amicus nõ fuit ſed putabatur. nunc
manifeſte amicus nõ eſſe nec fuiſſe cõpꝛo
batur. Illi ergo iure dicitur qui amicus eſt
ſemper diligit. ſi amicus fuiſti in pꝛoſperi:
tate. dilige in aduerſitate. Quid enĩ in pꝛo
ſperitate dilexeris. in aduerſitate oſtendis
Si enim amicũ dilexiſti adhuc ipẽ eſt dili
ge eum. Cur ceſſet dilectõ. cum q̃d amatur
non auferatur? Si autẽ foꝛtunã dilexiſti.
nõ habes q̃d iam diligas. q̃a foꝛtuna diſceſ
ſit ⁊ ꝑmanſit homo ſolus. hoc ſibi vult q̃d
dictu; eſt. qui amicus eſt ſꝑ diligit. Inſtas
adhuc quaſi maius aliquid adducturꝰ ad
compꝛobandu;. quia charitas ſemel habi
ta nõ recedat. Oſtendis integram tunicã
chꝛiſti que ſcindi non potuit. etia; quando
chꝛiſtus pati potuit. coꝛpuſ chꝛiſti vulnera
batur. ⁊ tamẽ tunica chꝛiſti non ſcindebaẽ.
Magnũ eſt quod affers ſi bene intelligas
Quid eſt enĩ tunica chꝛiſti niſi eccleſia xp̃i?
et quid eſt integritas tunice niſi vnitas ec:
cleſie? Ecce q̃; bonũ ⁊ q̃; iocundu; habita
re fratres in vnu;. Quod vnum? Mane
te in dilectione mea. Ergo charitas vnitas
eccleſie eſt. Et dicit ſcriptura. Qui in vnita
te eccleſie ſunt perire nõ poſſunt. hoc eſt q̃d
dicere voluiſti. Qui in charitate ſunt ꝑire
non poſſuut. ſiue charitatẽ ſiue vnitatẽ no
mines. idem eſt quia vnitas eſt charitas. ⁊
charitas vnitas. Qui ergo in vnitate eccle
ſie ſunt. in charitate ſunt. et qui in charitate

ſunt. perire omino nō poſſūt. Manifeſta
eſt ratio. nemo fidelis ↄtradicit. Nullus in
charitate perire poteſt. Ibi perire nō pōt. ſꝫ
inde exire poteſt. q ibi manet. ꝑditiōem nō
timet. Caueat ergo ipē ne egrediatur foras
Intus poſitis ꝑditio non eſt. ſicut hijs qui
foris ſunt ſalus nō eſt. qui incipit exire inci
pit perire. Cum autē foris poſitus ad chari
tatem reuertitur. ad ſalutē reparat. Quid
amplius q̄ris? Fortaſſis aliam vnitatē ec
cleſie interptari voles de qua veraciter di
cere poſſis. q̄a idcirco in illa nullus peribit
q̄niam ex illa nullus exibit. Eſt enīꝫ vnitas
predeſtinatōnis de qua dicitur. nouit dn̄s
qui ſunt eius. et verū eſt quia omnes qui
in hac vnitate ſunt ſalui erunt. quoniam
ex his qui preuiſi ſunt ad vitā nullus peri
bit. Sicut enī dicit ſcriptura. Quos prede
ſtinauit hos ⁊ vocauit. et q̄s vocauit hos
⁊ iuſtificauit. ⁊ quos iuſtificauit hos ⁊ glo
rificauit Iſti ſunt ergo diligentes deuꝫ qui
bus omnia cooperanī in bonū. hijs q ſm̄
propoſitum vocati ſunt ſancti. Nam qui
ſcd̄m propoſitū vocati nō ſunt. ⁊ qui ad vi
tam predeſtinati nō ſunt. et ſi aliquādo de
um ad tempus diligant vſqꝫ ad finē in dile
ctione dei n̄ perſeuerāt. Qui ꝑpterea amiſ
ſa charitate pereunt. quoniā cuꝫ ad iniqui
tatem ceciderint. ad charitatē nō reſurgūt.
predeſtinati autē poſtquaꝫ deum diligere
ceperint. vel perſeueranter diligunt vt a di
lectione nō cadant. vel cū a dilectiōe cecide
rint. iterum ad illam reſurgūt vt non pere
ant. Quid tibi videt? Credis ne ita eſſe vt
dico? Fortaſſis nō tibi ſufficiet Apoſtol⁹
qui hoc dicit. propterea ꝙ nō extimes ita
intelligendum eſſe quod dicit Apoſtolus
Non omēs diligentes deuꝫ. in numero il
lorum ponere voluit quibus omīa coope
rantur in bonum. niſi eos tantū qui ſcd̄m
propoſituꝫ vocati ſunt ſancti. Manifeſta
eſt veritas niſi eam impudenter negare vo
lueris. Sed dicis fortaſſis non ita intelli
gendum eſſe quod ait Apoſtolus. Scim⁹
quoniam diligentibus deum omīa coope
rantur in bonū. hijs qui ſcd̄m propoſitum
vocati ſunt ſancti. Dicis ergo nō ita intel
ligendum eſſe quaſi per id quod ſubiunxit
hijs qui ſcd̄m propoſitū vocati ſunt ſancti
determinare voluerit quibus diligētibus
deum omnia cooperanī in bonum. ſed po
tius eoſdem ipſos diligentes deum omēs
ſcd̄m propoſitum vocatos ſanctos. Sic er
go fortaſſis intelligenda putabis v̉ba apo
ſtoli. nec mihi credes ſi dicere voluero hoc
ibi ſignificatum eſſe. q̄a non omnes preor
dinati ſunt qui aliquādo deum diligunt.
quia non permanēt in eo quod diligunt.
Verba Auguſtini ſunt hec. ſi michi non
credis. illi crede vt mihi credas. ymo nō mi
chi ſꝫ v̉itati credas. Audi ergo q̄d dic̄. apl̄s
inq̄t cū dixiſſet. Scim⁹ q̄niā dili. deū oīa co
operantur in bonum. Sciens nonnullos
diligere deum. ⁊ in eo bono vſqꝫ ad finem
non permanere. mox addidit. hijs qui ſm̄
propoſitum vocati ſunt ſancti. Hij enīꝫ in
eo quod diligunt deum permanēt vſqꝫ in
finem. ⁊ qui ad tempus inde deuiāt reuer
tuntur. et vſqꝫ in fineꝫ perducunt q̄d in bo
no eſſe ceperūt. Ecce habes māifeſte. quia
quidam ad tempus charitatem habentes
q2 in illa vſqꝫ in finē non perſeuerāt. cadūt
et pereunt. ⁊ rurſus quidam qui ab illa ad
tempus cadunt. quia iteruꝫ reſurgunt. cō
ſeruantur ⁊ ſaluātur. Alij vero quia ab il
la nūquā deficiūt vſqꝫ in finē perſeuerantī
feruore ſeſ̉cepte caritatis deuotiōꝫ ꝑducūt
Quid manifeſtius q̄ris? Si hoc nō vides
quid vides? Sꝫ dicis q̄modo aliq̄n veraꝫ
charitatē habere potuerūt. qui in ea ꝑſeue
raturi nō fuerūt? Mirꝫ eſt. Ergo fides nō
fuit q aliq̄ndo fides eſſe deſijt. Quare non
ſimilr̄ dicis quia nunq̄ꝫ albus fuit. q aliq̄n
albus eſſe ceſſauit? None intelligis quia ī
eo ipſo aliq̄n illud fuiſſe dicit qui aliq̄n eſſe
illd̄ deſijſſe mēorat. Qd̄ eī q̄s nūq̄ꝫ fuit nū
q̄ꝫ eſſe deſijt. Quapropt̄ qui aliq̄ndo ama
re deſijt. conſtat ꝑfecto q̄a prius q̄ꝫ amare
deſineret amauit. Sꝫ verus inquis amor
nō fuit q ad temp⁹ fuit. Ergo nec veꝝ odiū
fuit q̄d a tēpus fuit. nec vere alb⁹ fuit q ad
temp⁹ albus fuit. Quis h̄ dicat? ergo vera



dilectio fuit. ⁊ vere fuit q̄ꝫ diu fuit. etiā ſi ſm̄
aliquē modū vera nō fuit ī eo q̄d deſijt. q̄n
iam vere nō fuit. Si ergo dicis q̄a v̉a dile
ctio nō fuit. q aliq̄n dilectio eē ceſſauit. ſic ī
tellige q2 q̄n dilectio eē deſijt. v̉a dilectō nō
fuit. q2 in eo ipō q̄d nutabat ⁊ defecit vt di
lectio nō eſſet. eſſe cepit ⁊ accepit. vt q̄d pri⁹
fuit. iam v̉a dilectio nō eſſet.

Utrum omnis dilectio dei cha
ritas ſit nominanda.
Ca. XII.

Ortaſſis dices
f quod q̄dam eiuſmodi dicūt. q̄a
hij q diligunt deum nō perſeue
raturi. dilectōem dei q̄dem habent. ſꝫ chari
tatem q̄dem nō hn̄t. ꝑ eo ꝙ nō oēm dilectō
nem dei charitatē appellandā putāt niſi eā
ſolam q̄ vſqꝫ in finē ꝑſeuerat Sꝫ hoc ſi q̄s
dicere voluerit. q̄ rōe vel autoritate ꝓbare
poſſit nō inuenio. niſi forte idcirco aliud di
lectionē alid̄ caritatē ſonare putet. q2 alteꝝ
latinū alteꝝ grecū vocabulū eē putꝫ Scri
ptura ſacra nob̄ dicit q̄a dilectio charitas
eſt. ⁊ q̄a dilectio dei ſemꝑ bona eſt. Nō no
bis dicit q̄a ille diligit bene facit. et q̄a iſte
diligit male facit. Auguſti⁹ dicit apoſtolū
ſciuiſſe q̄ſdam diligere deum et in eo bono
vſqꝫ in finem nō ꝑmanere. ⁊ bonam vocat
dilectionē dei etiaꝫ in his qui non perman
ſuri in illa ſunt. ⁊ iſti neſcio q̄t ſpecies chari
tatis inueniūt more pigmētarioꝝ in nun
dinis declamationū ſtultorum. Dicūt nō
de omni charitate intelligendū q̄d dicitur
Charitas ſemel habita nō amittit. ſꝫ de ꝑfe
cta tantū. Et ſi ego illos interrogo q̄ ſit iſta
ꝑfecta charitas nō michi rn̄dent. niſi illa q̄
nō amittit. Non enī audēt dicere de illa ſe
ꝑfectōne charitatis loqui q̄ in futuro hēbi
tur. ne ſupfluo de illa loqui ↄuincant. q̄ ad
hanc vitā nō ꝑtinet. Ergo nō inueniūt quā
charitateꝫ dicāt hic ꝑfectā niſi illam q̄ non
amittitur. Et rurſum cū aſſignare volunt
q̄ ſit illa charitas q̄ nō amittit. nō inueniūt
q̄d dicant. niſi illaꝫ q̄ ꝑfecta eſt. Ita circl̄m
faciūt. inuoluētes ſemetipos. q2 q̄ exeāt nō
hn̄t. Poſtremo tanta erroris caligīe inuol
uunt. vt dū ꝑtinaciter charitatē ſemel habi
tam cōtendūt nō poſſe amitti. aſſerere inci
piant eā a q̄buſdā nō ſolū minora peccata
ſed criminalia q̄ꝫ ⁊ damnabilia ex delibera
tione ꝑpetrantib⁹ retinere. Dauid adulte
rum ⁊ homicidaꝫ charitatē dei habuiſſe di
cunt quādo libidini ſuiens in vxorē ꝓximi
ſui violandam turpitudinis frena laxauit
et ad eādē poſtea turpitudinē tegendā illū
ipſū cui⁹ thori federa violauerat. innocētē
et iuſtū crudeli proditione extinxit. Dicāt
mihi vbi tūc fuit charitas nō agens perpe
ram vbi innocēs opprimitur. non q̄rens q̄
ſua ſunt q̄ndo aliena rapiūtur. Oſtendāt
michi hic ſi poſſunt dilectionē q̄ plenitudo
legis eſt. vbi ⁊ p̄cepta legis violātur ⁊ ius
nature corrumpit. Lex dei dicit: nō occides
nō mechaberis. nō ↄcupiſces reꝫ proximi
tui. Si charitas hic eſt plenitudo legis hic
eſt. Si plenitudo legis eſt. quomō preuari
catio eſſe poteſt? Si talia facientem. chari
tatem habuiſſe dicunt. quare non etiam in
hoc faciendo nichil peccaſſe dicūt. quia ſcri
ptura dicit qui natus eſt ex deo non pec
cat. Et quia rurſum alibi dicit. Habe cha
ritatem et fac quidquid vis. Si enim hoc
verum eſt quod charitatē talia faciētes re
tinere poſſūt. cum hijs qui caritatem hn̄t
quidquid libet agere cōceditur. ꝑfecto q̄d
quidegerint. peccatū quidē nō eē ↄprobat
Eant ergo nunc cū charitate ſua et faciant
quidq̄d volunt. q2 magnos defenſores hn̄t
Alios q̄dem defendētes ꝙ charitateꝫ non
amittāt. alios aūt ↄcedētes. vt q̄dq̄d volūt
cū charitate faciāt. Sed dicunt. Si dauid
peccando charitatem amiſit. quomō ergo
verū eſt quod ſcriptū eſt de ipō. ꝙ ſpiritus
dn̄i non recedebat a Dauid ab eo die et de
inceps? Si enī charitas receſſit quō ſpūs
dn̄i remāſit. q̄ſi vero ſpūs domini ſm̄ m̄lta
alia remanere nō potuerit. etiā ſi ſm̄ donū
charitatis receſſerit? None etiaꝫ in illis ſi
ue cū illis remanet q̄s cadētes cuſtodit ne
pereāt. q̄s tn̄ ſtantes n̄ cuſtodit ne cadāt?
Iuſtus cū ceciderit non collidet. q. d. ſ. m. ſ.

Quid ergo? Si preſens erat domin⁹ ſtan
ti. quare lapſus eſt? Et ſi pſens non erat ca
denti quare colliſus non eſt? Si eiꝫ tenere
tur non laberetur Et iterum. ſi manus non
ſupponeretur. collideret̃ Propter hoc ergo
colliſus non eſt. quia cecidit ſuper manuꝫ.
Si manus ſuper eũ cecidiſſet colliſus fuiſ-
ſet. Qui ceciderit inquit ſuper lapidẽ iſtuꝫ
confringetur. ſuper queꝫ autẽ ceciderit. cõ-
teret eum. propter hoc ergo dominus ma
num non ſuperpoſuit iacenti vt premeret.
ſed ſuppoſuit vt releuaret. ſuppoſuit vt adiu
uando repararet. nõ ſuppoſuit vt iudican
do condemnaret. Sic itaqꝫ ſpiritus domi
ni non receſſit a Dauid. quia cum eo erat
vt abeũtẽ reduceret ⁊ peccantẽ iuſtificaret
et ſtaret. et forte cũ eo erat ſed in eo nõ erat
Cum eo erat ad cuſtodiã. ſed in eo nõ erat
ad iuſticiã. Non enĩ tunc iniuſt⁹ erat Da-
uid quando in tam graui peccato proſtra
tus erat. neqꝫ ad eũ tunc pertinuit q̊d ſcrip
tum eſt. Juſtus in die ſepties cadit. ⁊ tamẽ
nomen iuſti nõ amittit. Propter hoc igit̃
ſpiritus domini ⁊ ſi cuꝫ Dauid tũc erat vt
peccãdo nõ periret. nullaten⁹ tamẽ ſic erat
vt dãnabiliter non peccaret. Simile eſt q̊d
de Petro negante aſſerere conant̃. ꝙ etiã
tũc charitatẽ dei non perdiderat qñ inter-
rogatus chriſtũ ſe ꝯgnouiſſe negauit. Nõ
eiꝫ attendũt quod ſcriptũ eſt. Nemo in ſpi
ritu dei loquẽs dicit anathema Jheſu. Et
nemo poteſt dicere dñs Jheſus niſi in ſpũ
ſancto. Qꝫ ſi forte dicere voluerint. q̃a ſpi-
ritum dei tunc quideꝫ Petrus int⁹ in cor
de habuit. ſꝫ q̊d foris loq̃batur ĩ ſpiritu dei
non dixit. Audiant q̊d ſcriptũ eſt. Ex abun
dãtia cordis os loquit̃. Jlle ergo ſpũs fo-
ris in ore loquebatur q̃ intus in corde do
miatur. Qui cor regebat linguã mouebat.
Sed dicent forte. Spiritus q̃dem dei receſ
ſit. ſed charitas remanſit. Conſiderate vtrũ
veritas hoc dictum patiatur. Apoſtol⁹ di
cit. Charitas dei diffuſa eſt in cordibus no-
ſtris per ſpiritũ ſanctum qui datus eſt no
bis. Nos charitatem nõ habemus. niſi in
quantum ſpiritum ſanctum habemus. Et

tu dicis. quia recedẽte ⁊ abſente ſpiritu ſan
cto. charitas manet. Et dicũt. Quid ergo?
Nulla ſcintilla pietatis. nulla affectio dile-
ctionis in Dauid ⁊ in Petro remãſit. quã
do alter moleſtia ꝯcupiſcentie carnalis vi
ctus. alter vero iminẽtis mortis timore fra
ctus. quodãmodo vterqꝫ inuitus pecca-
uit? Jmo voluntarie vterqꝫ peccauit. quia
ſi voluiſſent vterqꝫ nõ peccaſſet. Sed quia
ſemetipſos magis q̃ꝫ deum dilexerunt ſuã
potius q̃ꝫ dei voluntatem impleuerunt.
Caro aliud ſuadebat. et aliđ deus precipie
bat. ⁊ elegerũt magis obedire carni q̃ꝫ crea
tori. Si voluiſſent carnis voluntatẽ contẽ
pſiſſent. et voluntatẽ creatoris p̄poſuiſſent
Sed nondũ magiſtrum bonum imitabã
tur docentem ⁊ dicenteꝫ. Pater. non mea
voluntas fiat ſed tua. Et fieri poteſt ꝙ ip̃m
carnis voluntatem cuius violentiã ſenſe-
runt. aut nullam. aut non tam violentam
eſſe voluerunt. tamẽ quod eidẽ temptanti
et fatiganti cõſenſerunt. non niſi volẽtes fe
cerunt. q̃a magis creatorẽ offendere q̃ꝫ ip
ſam moleſtiã ⁊ fatigatõem tolerare volue
rũt. q̊d ſi voluiſſent oĩno non feciſſet. Ergo
in hoc quidẽ volẽtes. id quod caro voluit
fecerunt. id q̊d creator voluit. noluerũt. q̃a
ſi iſtud voluiſſent. ad iſtud faciendum vo
luntarie non cõſenſiſſent. Cum eniꝫ e duo
bus que ſimul fieri non poſſunt. vnum vo
luntarie eligitur. proculdubio alterum nõ
eſſe in voluntate comprobatur. Jn ea igit̃
voluntate qua contra deum carni conſen
tire elegerunt. charitateꝫ vtiqꝫ dei nullate
nus habuerũt. q̃muis tamen in eo ipſo ꝙ
magnam in temptatione violentiaꝫ paſſi
ſunt aliquã in peccato ſuo excuſatõem ha
bere poſſunt. De affectu vero pietatis quẽ
hmõi peccãtes nõ nunq̃ꝫ hr̃e vident̃. qñ ſit̃
et peccare ꝯſentiũt. ⁊ tñ q̊dãmodo in pctõ
q̊d nõ deſerũt dolore q̊daꝫ affici non deſi
ſtunt. cauenduꝫ eſt oĩno ne charitatis ſiue
dilectõis dei noĩe dign⁹ exiſtimet̃ Si eiꝫ in
his q ab ĩq̃tate ad iuſticiã ꝯuertũt. affect⁹
q̊dã ⁊ delectatões p̄teritoꝝ maloꝝ remanẽt
q tñ in bono ꝓpoſito ꝯſtitutis ad iniq̃tatẽ



non imputant̃. quare non ſimiliter in hijs
qui ad iniquitateꝫ declinauerũt ex vſu pre
terite virtutis. etiã in malo propoſito affe
ctõnes quedã amiſſi ſiue corrupti boni ali
quãdo ſupereſſe dicantur? que quidẽ ſine
propoſito bone volũtatis ex vſu ſiue ex na
tura ineſſe poſſunt. ſed ſine ipſo iuſticie me
ritum habere nõ poſſunt. Vnũ enim hoc
eſt propoſitũ. ſcilicꝫ voluntatis ſiue cõſen
ſus animi ex voluntate ſurgens cui ſoli iu
diciũ eſt cuꝫ deo. Et hoc ſolum ſi bonum
eſt. nõ eſt ad malũ quidquid in homine eſt
ſiue bonũ ſit ſiue malũ. ⁊ iterum ſi malum
eſt. nõ eſt ad bonũ quidq̊d reliquũ eſt ſiue
bonũ ſiue malũ. Ad hũc ergo oculũ ex q̊ ſo
lo totum corpus lucet reſpicere debuerũt
qui in affectõnibus neſcio q̃libet. q̃s et in-
credulis ⁊ iniquis aliquotiẽs ſiue ex natã
ſiue ex vſu ineſſe videm⁹ meritũ hoĩs con
ſtituũt. Poterant hic ſatis ſupſtitioſe que
ſtiões finẽ accipe.. ſi tñ finẽ accipe poterãt.
nunc aũt querunt ⁊ ſp q̃runt. ⁊ nunq̃ꝫ inue
niunt. Jnterrogant vtrũ Dauid ⁊ Petr⁹
damnari debuiſſent ſi ante penitentiã in
peccatis ſuis mortui fuiſſẽt. Que queſtio
quali reſponſione digna ſit. vtinam ipſi vi
dere poſſent. Quare enĩ perire non debuiſ
ſent. ſi in peccatis ſuis mortui fuiſſent? Sꝫ
perire inq̊unt nõ potuerũt. q̊niã ad vitam
predeſtinati fuerunt. Quare ergo ſilr̃ non
peccare nõ potuerũt. q̊niã peccaturi p̄ſciti
fuerunt? Si enĩ predeſtinatõ impediri nõ
poteſt. nec p̄ſcientia falli p̄t. Si aũt preſci
entia peccandi nõ infert neceſſitatẽ. nec pre
deſtinatio damnatõis tollit poſſibilitateꝫ.
Vis adhuc audire q̊d dic̃ bt̃s Aug̃. Quia
mihi non credis? Audi qui ſunt q̊ diligũt
et qui ſunt q̊ pſeueraturi ſunt. ⁊ q̄ ſit vnitas
dilectõnis. ⁊ q̄ ſit vnitas p̄deſtinatõis. Sci
mus q̊niã diligentib⁹ deuꝫ oĩa coopant̃ in
bonũ hijs q̊ ſm ꝓpoſitũ vocati ſunt ſancti
Propoſitũ aũt nõ ſuũ ſꝫ dei. Qui etiã p̄de
ſtinati ſunt atꝫ preſciti vſqꝫ adeo prorſus
omĩa ut etiã ſi q̊ eoꝝ deuiant ⁊ exorbitant
etiam hipꝫ eis faciat pficere in bonũ. quia
hũiliores redeunt atꝫ doctiores. horum ſi

quiſq̃ꝫ perit fallit̃ deus. ⁊ vicio hũano vin-
citur. Sꝫ nemo eoꝝ perit q: nulla re vinci
tur deus aut fallit̃. Jſti ſignificati ſunt ad
Thimoth. vbi cũ dictũ fuiſſet ymeneum et
philetum fideꝫ quorundã ſubuertere. mox
additum eſt. firmuꝫ autẽ fundamentũ dei
ſtat. habens ſignacłm hoc. Nouit dñs qui
ſunt ei⁹. hoꝝ fides que per dilectionẽ opat̃
profecto aut oĩno non deficit. aut ſi qui ſũt
quoꝝ deficit reparatur anteq̃m vita iſta fi
niatur. ⁊ deleta que intercurrerat iniq̃ta-
te vſqꝫ in finem perſeuerantia deputatur.
Qui vero pſeueraturi non ſunt. ac ſic a fide
chriſtiana ⁊ cõuerſatiõe lapſuri ſunt. vt ta
les eos vite hui⁹ finis inueniat. pculdubio
nec illo tempe quo bñ pieqꝫ vixerũt. in iſto
rum numero ꝯputandi ſunt. Nõ enĩ ſunt
a maſſa illa pditionis preſcientia dei ⁊ pre
deſtinatõne diſcreti. ⁊ ideo nec ſcđm ꝓpoſi
tum vocati ac p hoc nec electi. Sed in hijs
vocati de quib⁹ dictum eſt. multi vocati.
non in his de quib⁹ dictum eſt. pauci vero
electi. Et tamẽ quis neget eos electos cum
credunt ⁊ baptizantur. ⁊ ſcđm deũ viuũt?
Plane dicunt̃ electi a neſcientibus quid
futuri ſint. non ab illo qui eos nouit nõ ha
bere pſeuerantiã que ad beatam vitã pdu
cit electos. Scitqꝫ illos ita ſtare vt p̄ſcierit
eſſe caſuros. Hic ſi a me queratur. cur eis
deus pſeuerantiam nõ dederit. qui eã qua
chriſtiãe viuerẽt dilectionẽ dedit. me igno
rare reſpõdeo. Reſpondeãt ⁊ ipſi ſi poſſũt
cur illos deus cũ fideliter ⁊ pie viuerẽt. nõ
tunc de vite huius periculis rapuit. ne ma
licia mutaret intellectũ eoꝝ. et ne fictio deci
peret animas eorum. Vtꝝ hoc in poteſta
te nõ habuerit. an eoꝝ mala futura neſciuit
nempe nihil hoꝝ niſi pverſiſſime atqꝫ inſa
niſſime dr̃. De hmõi dic̃ Johes. Ex nob exi
erunt. ſꝫ non erãt ex nobis. Qꝫ ſi fuiſſent ex
nob. pmanſiſſent vtiqꝫ nobiſcũ. Et q̊d aliđ
dic̃. niſi nõ erãt filij. etiã qñ erant in pfeſſiõe
et noĩeilioꝝ. Non q: iuſticiã ſimulauerãt
ſed q: in ea nõ pmanſerũt. Neqꝫ enim ait.
nam ſi fuiſſent ex nob. verã non fictaꝫ iuſti
ciã tenuiſſẽt vtiqꝫ nobiſcũ. Sꝫ ſi fuiſſet inq̃t

ex nobis. p̄manſiſſent vtiq; nobiſcū. In ho
no itaq; erant. ſed q̄a in eo nō p̄manſerūt.
id eſt vſq; in finē non p̄ſeuerauerūt. Non
erant inq̄t ex nobis. etiā quando erant no-
biſcum. hoc eſt non erant ex numero filioꝝ
etiam q̄n do erant in fide filiorum. q̄niam
qui vere filij ſunt. preſciti ⁊ p̄deſtinati ⁊ ſcdm
propoſitū vocati ſunt vt ſint electi. Nō eni
perit filius p̄miſſionis ſed perditiōis. ac p̄
hoc nullus predeſtinatoꝝ ex bono in malū
mutatus hanc vitam finit. Quoniā ſic eſt
ordinatus. ⁊ ideo xp̄o datus vt non pereat
ſed habeat vitam eternā. De quibꝰ ait Io
hannes. Scimus q̄niam omnis q̄ natus
eſt ex deo non peccat. Dauid grauiter pec
cauit. ſed quia ex deo natus. ad ſocietatem
filiorum dei pertinebat. non peccauit vſq;
ad mortem ſed veniam penitendo meruit
De hoc ſiq̄dem peccato ad mortē ante idē
meminit Iohannes his verbis. Eſt pecca
tum ad mortē. et ſtatim ſubiunxit. Scimꝰ
q̄niā omnis qui natus eſt ex deo non pec
cat.

Pars decimaquarta.
De confeſſione.
Ca. .I.

m

Ulta eſt ma
licia hominis. Nemo q̄n-
do male agere vult aucto
ritatem q̄rit. Q̄n aūt dici
mus hoībus vt bona fa-
ciant ⁊ vt cōfiteanē mala
que fecerunt. dicunt nob̄. Date auctorita
tē. que ſcp̄tura h̄ nob̄ p̄cipit vt ꝯfiteamur
p̄ctā noſtra? Si ergo ſcripta peccata ꝯfite
ri non p̄cipit. reſpōdete modo ſi ſcp̄turā ha
betis q̄ peccata tacere iubeat? Si ergo cōfi
teri nō vultis. q̄a auctoritatē ꝯfitendi non
habetis. q̄re tacere vultis cū auctoritatē ta
cendi nō habeatis. Tū q: auctoritatem q̄ri
tis. accipite auctoritatē. Antiq̄ lex peccata
confiteri iubz. ⁊ homīes ad ſacerdotes mit
tit vt ꝯfiteātur p̄ctā ſua vt indulgentiā ac
cipiant. Illic ergo p̄uaricatō legis cōfeſſio
ne ⁊ oblatione aboletur. quādo adhuc vm
bra fuit et adhuc confeſſio crimis penam
potius timere debuit q̄z miſericordiā expe
ctare. Si hec auctoritas non ſufficit. audi
te ſcripturam alibi manifeſte dicentem.
Qui abſcondit ſcelera ſua. non iuſtifica
bitur. Quid eſt enim abſcondere niſi tace
re ⁊ confiteri nolle? Nam qui ſcelera ſua p̄
impudentiā praue agendi manifeſtant nō
iuſtificationē merentur ſed damnationē
Igitur tegenda ſunt mala quantum perti
net ad impudentiā praui operis. et reuelan
da ſunt per humilitatē confeſſionis. Uul-
tis adhuc ſcire periculum taciturnitatis ⁊
vtilitatē confeſſionis? Quoniā tacui inq̄t
pſalmiſta inueterauerūt oſſa mea duz cla
marē tota die. Et iterum. Delictū meū co
gnitum tibi feci ⁊ iniuſticiā meā nō abſcon
di. Dixi confitebor aduerſū me iniuſticiā
meā domino. ⁊ tu remiſiſti impietatē pec
cati mei. Uide ergo ⁊ conſidera. Si taces
peccata tua inueteranē ſed ſi confiteris cō
donantur. Sed dicis. Ecce dico peccatū
meū. ſed deo non homini. Scripturam ſe
quor. illa michi dicit vt deo ꝯfitear p̄ctūm
meū. nō me ad hominē mittit in quo ſalꝰ
non eſt. ſz illuc trahit confeſſionē vnde pro
mittit remiſſionē. Dixi confitebor aduerſū
me iniuſticiā meā domino. et tu remiſiſti
impietatē peccati mei. Quid facit homo?
Audi quid facit? Nonne ille homo fuit q̄
dixit. Fili dimittuntur tibi peccata tua. Et
verum eſt quia ille homo fuit qui hoc dix
it. Et propterea qui illum hominē eſſe vide
runt. deū autē non cognouerūt ideo mur
murauerunt intra ſe dicētes. Quis eſt hic
qui etiā peccata dimittit? Sciebant enim
quia peccata dimittere dei erat. ſed neſcie-
bant q̄a quod dei erat. homo a deo accepe
rat. Et ille quidē homo quod habebat in
quantū homo erat. ideo habebat quia ac
ceperat. inquantū vero deus erat. homo
idem ipſū habebat ⁊ non acceperat. Pro
pterea autē voluit accipere aliquando in
humanitate quod ſemper habuit in deita
te. vt e vicino homini appropinquaret. ⁊
in eo quod hominis erat. et in eo ipſo



quod homis erat homini exhiberet quod
dei erat. In eo nanq; q̄d hoīs erat familia
rius homi iungebaē. In eo v̄o q̄d dei erat.
potentiꝰ in hoīe operabaē. propterea dixit.
Ut ſciatis q̄a filius hoīs p̄tātem hz ī terra
dimittendi peccata. tunc ait paralitico. Sur
ge ⁊ ambula. Oſtēdit q̄d videre poterāt vt p̄
hoc crederent q̄d videre nō poterāt. Pro-
pter h̄ ergo deus factꝰ eſt hō vt ſe ad ꝯfabu
landū homi primū ac familiarē exhiberet.
⁊ in vna eademq; pſona ⁊ ſuum genus hō
inueniret cui fiducialiter infirmitatē ſuā
reuelaret. ⁊ ſupra hominē deū credens de
accepta ab illo remiſſione peccatoꝝ ſuorū
non diffideret. Deinde vt diſpenſatōis gra
tia largius multiplicareē. deus homo hō
mines q̄ puri hoīes erant p̄ticipes fecit po
teſtatis ſue vt īplerent officiū eius peniten
tiū ꝯfeſſionē ſuſcipiendo. et poteſtatē eius
exercerent penitentibꝰ ⁊ cōfitentibus p̄ctā
remittendo. Accipite inquit ſpiritū ſanctū
quoꝝ re. pec. re. eis. ⁊ q̄ꝝ re. re. ſ. Ergo xp̄us
homo diſciplis ſuis vicē eius agentibus in
terra poteſtatē dedit dimittēdi peccata Sz
dicis fortaſſis. Quare non ſilr chriſtꝰ prece
ptū dedit hoībus peccata ſua confitendi.
ſicut diſcipulis poteſtatē dedit confitentiū
peccata dimittendi? Audi quare? Uoluit
xp̄s vt a temetipō ſurgeres vt nō q̄ſi extor-
ta vel coacta videreē confeſſio tua. Idcirco
quod ad ſe p̄tinuit officiū ſuū diſciplis ſu
is peragendū iniūxit vt medicorum more
egros ad ſe veniētes exciperēt et ſanarent.
Medicis ergo dixit vt curarēt. ſz infirmis
non dixit vt ad medicos curādi venirent.
h̄ q̄ſi certū eē voluit. q̄ egri ſalutē libenē q̄re-
rent et ſe curandos offerrent ſi medicos ī
uenirēt. Propterea ſolos medicos monu
it. Infirmū enī ipē morbꝰ ſuus ſufficienter
āmonet. neq; opus p̄cepto habet ſi dolet.
Tamen ipi medici quia poſtea negligētes
in curatiōe ſua egrotos inuenerūt. eos ad
ſalutē querendā. ⁊ ammonitōne ſua excita
uerunt ⁊ precepto attraxerūt. Confitemini
inquit apoſtolus Iacobus alterutꝝ pecca
ta veſtra. ⁊ orate pro inuicem vt ſaluemini.
Quid eſt alterutꝝ? Alter alteri. hō homi.
Non ſolū homo deo ſi ut vetus ille confeſ
ſor ait. Dixi confitebor adu ſū me iniuſti
ciam meā dn̄o. ſed homo homi propter de-
um. Plus enim facit qui ſeruo hūiliatur
propter deū. q̄z qui ipi deo hūiliatur. Pro
pterea confitemī alterutrū peccata veſtra.
Quid eſt alterutrum? Non tantū vnuſ-
quiſq; vnicuiq;. ſed alterutꝝ: hoc eſt inter
vos. homines hoībus. oues paſtoribꝰ. ſub
iecti prelatis. Hij qui peccata habent hijs
qui peccata dimittere poteſtatē habēt. De
bitum quidē erat vt confeſſionē facturi ad
illū iretis qui eſt ſuper voſ. Nunc aūt pro in
dulgentie diſpenſatōne conceditur vt pec-
cata veſtra ad inuicē vobis confiteamini
inter vos. Ille quidē qui ſolus confeſſionē
acciperet. confeſſionē non faceret. quia pec
cata non haberet. Hij autē qui peccatorū
confeſſionē accipiunt ⁊ confitentibꝰ pecca
ta dimittunt. neceſſe habent vt ⁊ ipi pecca-
ta ſua ꝯfiteātur vt penitentibꝰ ⁊ ꝯfitentibꝰ
peccata ſua dimittanē. Propterea ergo cō
fitemini alterutꝝ p̄ctā vr̄ā. ⁊ orate p̄ inuicē
Ad q̄d? Ut ſaluemī. Cōfitemī vt ſaluemī.
Quid ē ꝯfitemī vt ſaluemī? Hoc ē. nō ſal
uemī niſi confiteamī. hoc fortaſſis tu audi
re noluiſti. qui latebras q̄ris et abſcondis
ſcelera tua vt nō iuſtificeris. Nō tibi placz
q̄d dicitur. q: hij qui nolūt confiteri pecca
ta ſua ſaluari non poſſunt. Propterea for
taſſis conaris ad aliud dictū Apoſtoli re-
torquere. vt intelligatur confitentibus qui
dem promiſiſſe ſaluationē. tamen non cōfi
tentibus nō negaſſe iuſtificationē. Audi er
go. Auguſtinꝰ dicit. Non poteſt q̄s iuſti
ficari a peccato. niſi ante peccatū confeſſus
fuerit. Item Beda in ead̄ epiſtola Iacobi
de qua teſtimoniū ſuperius ſumpſimus.
Sine confeſſiōe inq̄t nequeūt dimitti pec
cata. ſed in hoc illa diſcretio eſſe debet vt q̄
tidiana leuiaq; peccata alterutrū coequa
libus confiteamur vt orationibus inuicē
ſaluemur. porro grauioris lepre immundi
ciam ſacerdoti pandamꝰ ⁊ ad eius arbitri
um iuſtificari curemꝰ. Uidete quomō cō
cordant teſtimonia v̄itatis. Eſt q̄dā ꝯmu
nis pn̄ia ī ecc̄ia quā q̄tidie ad iuicē facimꝰ

in q̄ oratione fuſa pro inuicē pro q̄tidianis
⁊ leuioribus peccatis indulgentiā ⁊ remiſ
ſionē conſeq̄mur. Grauioris aūt culpe rea
tum ſingulari confeſſione ſacerdoti aperi
mus. et ſcđm eius conſiliū munere ſatiſfa
ctionis oblato indulgentiā peccati obtine
mus. Sed dicis. Si ſaluari nō poteſt hō
niſi confiteatur peccata ſua. q̄d eſt q̄d ſcrip
tum inuenitur. Lacrime lauant delictū q̄d
ore pudor eſt ꝯfiteri. Inueniuntur enī q̄dā
huiuſmodi dicta et rapiunt ea hoīes gau
dentes. non q̄a veritatē querant in eis. ſed
q̄a maliciā ſuam defendere volunt ex eis.
Dicunt enī. Quid nos conſtringitis? q̄d
nos artatis? Pudenda ſunt facta noſtra
non nos permittit verecundia eloqui. eru
beſcimus ꝯfiteri q̄d fecimus. q̄d poſſumꝰ
tñ facimus. cor contritū et hūiliatū offeri
mus. dolemꝰ pro eo ꝙ male egimus. lacri
mas fundimꝰ. carnis maceratōe reatū pu
nimꝰ. Quid verba q̄ritis vbi opera bona
ſunt. habemꝰ ſcripturā conſolantē nos et
dicentē. Lacrime lauant delictū q̄d ore pu
dor eſt ꝯfiteri. non maliciā excuſamus. ſed
verecundie parcimus. Quod ergo dicere
homini erubeſcimꝰ. dicimus deo q̄ nō im
properat. Eiuſmodi ergo occaſionibus q̄
runt homines excuſationē torpori ſuo. ⁊ ꝑ
uertere conant ſcripturas. q̄a ipſi peruerſi
ſunt. Quid enī? ſi ſcriptura dixit. Lacrime
lauant delictum q̄d ore pudor eſt confiteri.
Nunq̄d ideo dixit. ſi erubeſcis cōfiteri pec
catū tuū q̄d tibi ſufficiat ſi tātū lacrimeris
etiā ſi non confitearis. Nonne multo me
liuſ eſt vt ſcptūrā h̄ potiꝰ dicere voluiſſe in
telligas ꝙ lacrime ex intima cordis contri
tiōe prolate illa etiā peccata lauare poſſūt
q̄ ſine pudore ⁊ verecundia ore proferri nō
poſſunt. Quid ergo? Si pudēda peccata
lacrime lauant. ibi tacendū eſt vbi diuinū
auxiliū magis neceſſariū eſt? Imo multo
magis ibi confitendū ē vbi hūilitas con
feſſionis lacrimas adiuuet contritōis. Si
militer cū dicitur tibi. ſi homini erubeſcis
dicere peccatū tuū vt dicas deo q̄ non im
properat. ⁊ nō tibi dicitur. ſi erubeſcis dice
re homī vt homī non dicas ſed deo. ſ; man
ſuetudo dei tibi demonſtrat qui tā mitis
ac ſuauis eſt oībus ad ſe confugiētibus vt
ab ipſo īproperiū aliq̄d te formidare non
oporteat. Et ſi talia fuerīt peccata tua vt ea
te homī manifeſtare ſine erubeſcentia nō
poſſe contingat. In eo eiꝫ de quo erubeſcis
cū homī dicis. erubeſcere te nō oportet cū
deo dicis. quia non īproperat dicenti. ſ; cō
donat cōfitenti. Dic ergo homī vt ſalubri
ter ad tēpuſ confundaris corā eo vt iſta cō
fuſio gloriā tibi poſtmodū adducat ⁊ fidu
ciam preſtet. ne īproperiū timeas cū mani
feſtari ceperis corā deo. Tamē ne forte tibi
diceret cogitatio tua ſi taꝫ graue eſt homī
reuelare peccata. ⁊ ſi ita erubeſcimus corā
homine. q̄d faciemus ante deū cuius maie
ſtatē declinare non poſſumꝰ neq; iudiciū
effugere. Ne igitur ſic de deo cogitādo te
metipſuꝫ deſperares. oſtendit tibi manſue
tudo dei ergo penitētes et cōfitentes ꝙ pec
cata omīa penitentibꝰ condonat ⁊ cōfiten
tibꝰ non īproperat. Sic ergo accipe quod
dictuꝫ eſt. Dic deo q̄ non īproperat. quaſi
diceret. Etiā ſi erubeſcas corā hoīe ne eru
beſcas corā deo. quoniā deꝰ mitior eſt ho
mine ⁊ manſuetior ⁊ cōpatiens miſeris vt
non īproperet. Scđum hunc itaq; moduꝫ
non tibi dicitur vt peccata tua homī non
dicas. ſed vt in hijs etiā q̄ corā hoīe erube
ſcenda ſunt de dei pietate confidas. Oppo
nis adhuc lacrimas illas Petri q̄s legis.
confeſſionē non legis. Lacrīe lauāt delictū
quod ore pudor eſt confiteri. Has ergo la
crimas opponis non q̄a amas cōpunctionē
ſed q̄a fugis confeſſionē. Dicis ergo quia
lacrīas Petri legis. ſatiſfactionē nō legis.
Audiſti quia fleuerit ſed q̄d dixerit nō au
diſti. ideo lacrīe lauāt delictū q̄d ore pudor
eſt ꝯfiteri. Quid ergo? Hoc tibi dici putaſ
vt quia Petrus lacrimatꝰ legit ꝯfeſſus nō
legitur. Tu ſi lacrimaris nō ꝯfitearis. Nō
ne multo meliꝰ eſt vt illud potiꝰ hic demō
ſtrari intelligaſ. q; ſi illic tantū lacrīe value
runt vbi ꝯfeſſionē oris nō habuerūt. quan
to magis ſi vere fuerint nūc valent vbi cuꝫ
cordis contritione etiā oris ꝯfeſſioneꝫ hñt
Hoc enī tibi demonſtratur cum ſubduur



Prius flendum poſtea ꝯfitendū. Hoc ſiq̄
dem ad veritatē cōfeſſionis ſpectat vt ꝑus
compūgaris poſtea ꝯfitearis. Nam ſunt
quidā ſicut impudentes ad faciendū. ſic in
uerecundi ad dicendū. qui q̄niam turpitu
dinē ſuam in faciendo nō vident. verecūdi
am in dicendo nō habent. Quibꝰ vtiq; per
ꝓpħam dr̄. Frons mĺieris meretricis facta
eſt tibi: neſciuiſti erubeſcere. Iſti nōnunq̄ꝫ
ſine aliquo compunctōis motu. ſine aliq̄ ti
moris vel amoris dei attactu pro ſola con
ſuetudine explenda ad dicenda pctā ſua ſe
ingerunt. eſtimantes ſe ꝓpter ſolam vboꝝ
ꝓlatōnē a debito pctōꝝ ſuoꝝ abſolui. Qui
bus recte dr̄. prius flendū poſtea confiten
dum. In confeſſione nanq; peccatoruꝫ ho
minē ⁊ verecundari oporꝫ vt humiliter q̄
fecit agnoſcat. ⁊ tamē non ſic verecundari
vt taceat. Hoc bñ nouit peccatrix illa muli
er que ⁊ venit vt peccata ſua ſe abſcondere
nolle oſtenderet. ⁊ tamen nō ante ſ; retro
ſtetit vt verecundiā turpitudinis ſue ſe at
tendere demonſtraret propter hoc recte dr̄
prius flendū poſtea ꝯfitendum.

De penitentia.
Capitulum II.

p Enitentia alia eſt
exterior. alia interior. Penitētia ex
terior eſt in afflictōne carnis. Pe
nitentia interior eſt in ꝯtritōe cordis. Per
penitentiā exterioreꝫ caſtigatur culpa pra
ui operis. per penitentiā interiorē emenda
tur culpa praue voluntatis. Scđm q̄ntita
tem delicti menſura correptionis penſan
da eſt. Agite inq̄t fructus dignos peniten
tie. Aliud eſt enī fructus penitentie. aliud
penitentia ipa. Sic aliud eſt arbor ⁊ aliud
fructus eius. ſic aliud eſt penitētia ⁊ aliud
fructus eius. Penitentia enī dolor eſt p̄te
riti quādo doles te feciſſe quod maluꝫ eſt
Quādo ergo improbas ⁊ damnas mala
tua penitentiā habes. Quando aūt ſatiſfa
ctione ſubſequēte ⁊ punis ⁊ corrigis mala
tua. fructus penitentie agis. Si diſplicet ti
bi quod feciſti penitentiā agis. Si perſeq̄
ris ⁊ punis quod feciſti fructus penitentie
agis. Penitentia eſt facti improbatio. fru
ctus penitētie eſt delicti correctio. Sed q̄a
ſcđm menſurā delicti correctiōis menſura
eſt penſanda. ideo fructꝰ penitentie dignos
facere oportet. Si in correctione minor eſt
afflictio q̄ꝫ in culpa delectatio fuit non eſt
dignus fructus penitētie tue. Sꝫ dicis mi
chi. Quomō ſcire poſſuꝫ quādo condigna
ſit penitentia mea. quia ſcire hoc nō potes.
ideo neceſſe habes ſemꝑ penitere. ſatiſface
re potes nimis facere non potes. Melius
eſt ut plus facias q̄ꝫ minus. idcirco ſollici
tus eſto. Satage da operam. ſtudiū impē
de. vt culpa ſit cū fine. deuotio ſine fine. Tñ
vt aliquando peccatrix ꝯſciētia conſolet.
poſitus eſt modus ⁊ menſura penitētie ex
terioris. vt illa expleta vel ꝑfecta fiduciam
habere incipias. ⁊ ſancta q̄dam ꝑſumptōe
in ſpe diuine miſericordie de indulgētia ⁊
remiſſione peccatoꝝ confidere. ⁊ tanto ve
rius quāto vtiq; ſincerius iniunctā pnīaꝫ
expleueris.

De hijs qui in hac vita peniten
tiam non complent.
Ca. III.

ſ Ed fortaſſis tibi
tacita cogitatione reſpondeas.
Quomō inquis certꝰ eē poſſuꝫ
de venia propter penitentiā ⁊ ſatiſfactiōeꝫ
ab homine iniunctā. etiam ſi illaꝫ ſtudioſe
impleuero cuꝫ ipſe homo cui peccata mea
cōfiteor ſepe aut ignorantia neſciat. aut ne
gligentia non cōſideret qualē michi ſcđm
modū ⁊ menſurā delicti debeat ſatiſfactio
nem iniungere. Ad hoc tibi breuiter reſpō
deo. quia ſi homo neſcit deus ſcit. tu tantū
fac quod tibi ꝑcipitur. obediens eſto in eo
q̄d tibi iubetur. Videat deus deuotionem
tuam. etiā ſi homo nō condigne moderet
afflictionē tuam. Perire non poteris ſi de
uotus fueris inuētus. Sꝫ decipior inquis
putās me ſatiſfeciſſe cū nō ſatiſfecerim. Ille
michi iniūxit vt tantū facerē ⁊ nō amplius
michi ꝑcepit. Ecce totū ꝑfeci ⁊ non ſatiſfeci
vado q̄ſi ſecurꝰ ad deū putās me ſatiſfeciſſe
illi cū adhuc teneor obligatus. q; nō ſatiſfe

cerim. Quare ergo inq̄s factū eſt vt talez
ſacerdotē non habeā qui michi dicat h̄ qḋ
oportet. audi quare. Propter peccata tua
factum eſt hoc quibꝰ meruiſti vt maluz ha
beres quibꝰ ſi diſtricte iudicareris et hoc
merueras vt nulluz haberes. Qui inquit
ſcriptura regnare facit hominē ypocritaz
ꝓpter pctā populi. Et ego ait adhereſcere
faciaz linguā tuaz palato tuo. nͨ eris quaſi
vir obiurgans q̄a domꝰ exaſperans ē. Nā
vt ſcias q̄a malicia tua h̄ fecit. vide vbi erat
deuotio tua. Si enī ꝑfectā deuotionez ha-
buiſſes etiā nullo ammonēte ceſſare tn̄ nō
potuiſſes. Nunc tn̄ pigricia tua ⁊ negligē
tia occaſionē torporis q̄ſiuit nō correctōez
et vidit hoc deus ⁊ dedit tibi ſm̄ cor tuum
vt non inuenires q̄ḋ non q̄rebas accipere.
Nec tamē dico vt deſperes etiā ſi hoc con-
tingat vt hō qui exterius curandiſ vulneri
bus peccatoꝝ medicamētuz apponit aliq̄ḋ
minus ſufficiens tribuat. Sepe qḋ minus
foris agitur. efficacıꝰ intus operaẗ. In ꝑuo
opere mag̃ deuotō eſſe pt̄. Homo videt in
facie. deꝰ aūt intueẗ cor. Et vt minꝰ dicam.
magnū eſt in hac vita incipe poſſis. ⁊ ſi nō
ꝑficias. Nam ⁊ poſt mortē ignis q̄dā pur
gatoriꝰ dr̄. vbi purganẗ et mundanẗ hij q̄
corrigi ceperūt ⁊ nō ꝑfecerunt. Qui aūt in
hac vita nͨ incipe voluerūt ibi ꝯſummare
non pn̄t. Quibꝰ aūt hic correctionē ſuam
incipe datur etiā ſi ꝑficere nō daẗ. illic corre
ctionis ꝑfectō reſeruaẗ. Tamē tutius oīno
eſt vt hic et incipe ⁊ ꝑficere contendas vt il
lic nihil faciendū tibi vel patiendū ſuperſit
Durum eſt tormēta illa vl̓ ad modicū ſen
tire. propterea tutiꝰ tibi omino eſt vt hic in
cipias ⁊ ꝑficias q̄ḋ facere debes. Qḋ ſi hic
ꝑficere nō poteris ſi tamē inchoaueris. no
li deſperare ſaluus eris. ſic tamen q̄i ꝑ ignē
ardebit quidem donec ꝯſumptū fuerit q̄ḋ
cremabile portas. tu autē ſaluus eris. q̄niā
fundamētum in te ꝑmanſit charitas dei.

### De eo ſi iterari poſſit penitētia. Ca. IIII

Sunt qui dicant
relapſis in priſtina peccata locū venie am
plius nō eſſe. propterea ꝙ q̄daz ſcripturaꝝ
teſtimonia his q̄ poſt acceptā penitentiaz
ad priora peccata redeūt aditū ſalutis ne
gare videntur. Et ſūt quidē eiuſmodi q̄dā
dicta in quibꝰ non hoc qḋ dictū eſt. ſz a nō
bn̄ intelligentibꝰ h̄ dictū eſſe videẗ. Aplus
Paulus in illa ep̄la quā ad Hebreos ſcri
pſit ſic ait. Impoſſibl̓e eſt inq̄t eos q̄ ſemel
ſunt illumiati. guſtauerūt etiam donū cele
ſte ⁊ participes facti ſunt ſpūſſancti. guſta
uerunt nichilominꝰ bonū domini verbuz
virtuteſq̄z ſeculi venturi ⁊ prolapſi ſunt re
nouari rurſus ad penitentiā. rurſuz cruci
figentes ſibimetipſis filiū dei ⁊ oſtentui ha
bentes. Et rurſum. Voluntarie enī peccan
tibus poſt acceptā noticiam veritatis iam
nō relinq̄tur ꝓ peccatis hoſtia. Et iteꝝ ſcri
ptum alibi inueniẗ. quia locus nō eſt ſcd̓e
penitētie Sz ſiue hec ſiue alia ctīa ſcp̄ta vl̓
dicta catholicoꝝ viroꝝ ſup h̄ iueniaẗ nul
la rōne eſtimandū eſt eos qui recte ſapue
rūt hoc aſtruere voluiſſe ꝙ in qualiacūq̄z
peccata prolapſi vl̓ penitere nō poſſent. ſi
per diuinā miſcḋiam reſpicereẗ. aut veni
am ꝯſequi nō valerent ſi ꝑ verā penitentiā
compungerētur. Hoc eniz fides catholica
non recipit omino. quia qui dixit. nō dico
ſepties ſed vſq̄z ſeptuagies ſepties. ſe nͨ ſe-
cundā nec terciam nͨ quotamlibet pctōꝛs
pniam veraz dumtaxat refutare ſignifica
uit. Qḋ ergō dictū eſt impoſſibile eē eos
qui poſt illūinationē gratie ⁊ guſtuz doni
celeſtis ⁊ ꝑticipationē ſpūſſancti prolapſi
ſunt renouari rurſus ad pniam. vl̓ ſic intel
ligendum eſt quia ꝑ ſe cadere potuerunt.
ſed per ſe ſurgere nō poſſunt. atq̄z ido illis
impoſſibile eſſe: deo non eē ſicut ſcriptum
eſt. Spūs vadens ⁊ nō rediens. Et de via
ꝑditionis dictū eſt. quia omēs qui ingredi
untur ꝑ eam amplius nō reuerteẗ. q̄z hō
per ſe quidē ad maluz ire poteſt. redire aūt
per ſe non p̄t niſi ꝑ grām adiuueẗ et adin-
tus ſic ad pniam renouetur. Vel ſic ergo
intelligendū eſt q̄ḋ ſcriptum eſt. Impoſſi
bile eſſe prolapſos ad pniam renouari vel
ꝓpheticum illud quod dictum eſt. Virgo



iſrael cecidit nō adijciet vt reſurgat virgo
iſrael. in quo ſimilr̄ quidam a recta intelli
gentia errauerunt. his verbis expreſſuz cō
uenięter quis dicat. Nam q̄z ſanctus Hie
ronimꝰ ſuper hunc locū quedā verba am
bigua expoſuit. quidam qui libentius ex
ſcripturis materiā erroris q̄z edificationis
aſſumunt lapſos reparari nō poſſe conan
tur aſtruere. Ait enim. Quia cū deus om
nia poſſit de corrupta virginē facere non
poſſit. Ipſe viderit q̄ḋ dicere voluerit. ego
a puritate xp̄iane fidei nō diſcedo. Veritaſ
vna eſt: apoſtolū dicentē audio. Si aliud
angelꝰ euangelizauerit anathema ſit. Ego
tamen ſic ſentio q̄a aliq̄ḋ dicere voluit etiā
ſi ego neſciam quid dicere voluerit. Sic tn̄
pium eſt ſentire mihi quia verū dixit. etiā
ſi forte cōpetentius vel euidentiꝰ dixiſſe po
tuiſſet quod dixit. Ego dictū catholici viri
ad catholicā veritatez interp̄tari conabor.
Tamen ſi de corruptiōe carnis intelligiẗ h̄
ſtultum eſt ſic ſentire. q̄z homo carnē ſuaz
viciare poſſit. deus ſanare nō poſſit. Si de
corruptōne cordis hoc intelligitur ⁊ hoc ſi
militer ſtultū eſt dicere. quia homo pecca-
re poſſit. deus iuſtificare nō poſſit et tantū
iuſtificare quantū ille peccare. Si autē id
circo illud non poſſe diciẗ deus quia factū
eſt ⁊ quod factū eſt. non factum eē non pt̄.
quia q̄ḋ verū eſt. falſum eſſe non p̄t. ⁊ idcir
co nō poteſt. q̄a contra veritatē nō poteſt.
quia ſi contra veritatem poſſz ꝯtra ſeipſuz
poſſet qui veritas eſt. Qḋ pondus habet
hoc dictū magis q̄z ſi diceret de alio q̄libz.
quod factum eſt. iam non eſſe factū non
poteſt. etiā ſi quod factū eſt emendari pōt
vt factū eſſe non noceat q̄ḋ factuz eſt? Cer
tum eſt. q̄a qui cadit reſurgere poteſt et nō
ſolum reſurgere. ſed etiam melior reſurge
re q̄z fuit cum cecidit. Multi ceciderunt et
meliores ſurrexerūt q̄z fuerunt etiā anteq̄z
ceciderunt. meliores etiā q̄z futuri fuiſſent
ſi non cecidiſſent. quia ad hoc ipſuz cadere
ꝑmiſſi ſunt vt ex h̄ ipſo caſu ſuo ⁊ ruina eru
direntur ⁊ meliores efficerentur Nemo tn̄
melior poſt caſum ſurrexit vel ſurgere po
tuit q̄z fuiſſet ⁊ ſi non cecidiſſet. et hoc q̄ mo-
do reſurgendo bona operatus eſt omnia
ſtando operatus fuiſſz. In hoc ſcḋm aliq̄ḋ
dici poteſt. quia omnis qui cadit id qḋ ca-
dendo perdit ampliꝰ totū recuꝑare non p̄t
quia quidq̄ḋ poſtea ad correctōem vel ad
recuꝑationem adiecerit facere omino nō
poteſt quin melior fuiſſet ſi h̄ omnia hrēt
et tamen nō cecidiſſz. Propterea nemo in
ſpe correctionis peccare debet. q̄a quod ſe
mel amittiẗ ampliꝰ ip̄m non recuperatur.
q̄z quidq̄ḋ poſtea adiectū fuerit ꝓ recuꝑa-
tione ꝑditi non eſt ip̄m ſed aliud pro ipſo.
et plus vtiq̄z eſſet ſi vtrūq̄z ſimul eſſet. Qḋ
idcirco fieri nō poteſt. q̄a ſicut tempa trāſ-
acta amplius non redeunt. ita que ſemel ꝑ
petrata fuerint ampliꝰ nō facta eſſe nō pn̄t
Si ergo virgo es cuſtodi diligēter quod
habeſ. noli in ſpe peccare. noli cadere quaſi
melior ſurrectura ſis. Quidq̄ḋ poſtea fece
ris. facere tamē nō potes quin melior eſſes
ſi hoc faceres ⁊ virgo eēs. Sic itaq̄z fortaſ-
ſe ſcḋm hūc modū ꝯuenienter intelligitur.
quia v̓go iſrael cecidit ⁊ non adijciet vt re-
ſurgat v̓go iſrael. Et q̄a vbi mille erant cē-
tū erunt. ⁊ vbi centuz erant decē erūt in do
mo iſrael. Si in hunc modū lapſos ad pe
nitentiā renouari nō poſſe dicimꝰ. nihil for
taſſis inconueniēs dicimꝰ. neq̄z penitenti
bus viaz indulgentie claudimꝰ. ſed pericu
lum cadendi demonſtramuſ. Si enim eſt
magnū aliq̄n do ſurgere. maius eſt vtiq̄z
nunq̄m cecidiſſe. Si bonū eſt ſanatum eē
meliꝰ nunq̄z corruptū eſſe Eſt ⁊ adhuc aliꝰ
ſenſus quē in p̄dicta ſententia eadem veri-
tate intelligere poſſumus. vtrū equali con
uenientia neſcio. Impoſſibile eſt inq̄t eos
qui ſemel illumiati ſunt ⁊ guſtauerunt do
num dei. et cetera q̄ adiecit. prolapſos rur-
ſus ad penitētiam renouari. ⁊ quaſi cauſaz
ſubiunxit. quare eiuſmodi ad penitentiaz
renouari non pn̄t. Rurſus inq̄t crucifigen
tes ⁊ oſtentui habentes filium dei. In hoc
ergo denuo renouari nō poſſunt quia aliā
crucem ⁊ aliā mortem filij dei habere non
poſſunt. non ꝙ penitentibus venia denege
tur. ſed quia pro peccantibus Xp̄us iterū
non morietur. Cuſtodi ergo ſalutem tuaz

ſemel pro illa chriſtus mortuus eſt. ſi illaꝫ
amiſeris non poteris habere chriſtū aliuꝫ
qui pro te moriatur. vel eiuſdem xpi mortē
aliam. Dicit tibi chriſtus. Serua ſalutem
tuam. ego pro illa ſemel mortuus ſuꝫ. ſi il-
lam amiſeris ego iterū mori non poſſum.
tamen eadeꝫ morte amiſſam iterum redde
re poſſum. ſed nolo michi iniuriam facias.
quia ſi ſalutem tuā morte mea acquiſitaꝫ
voluntarie peccando iterum amiſeris. q̄n
tum in te eſt iteꝝ crucifigi. iterum me mo
ri compellis. Ego carnem meam hoſtiam
obtuli vt de peccato penitētes veniaꝫ con
ſequerentur. non vt voluntarie peccantes
et in peccato perſiſtentes iuſtificarentur.
Qui ergo de peccato penitent habent in ea
hoſtiam expiationis. Qui aūt in peccatis
ſuis voluntarie permanēt. nō habent ex ea
cauſam ſaluationis. Hoſtia quidē iſta da
ta fuit illis vt per eam expiarentur de pec
cato penitētes. ſꝫ iam nūc nō relinquit ipa
hoſtia eis vt per eā in peccato voluntarie
perſiſtentes iuſtificentur. Non ergo putēt
voluntarie peccantes iſtā hoſtiā ad ſe pti
nere. quia voluntarie peccantibus iaꝫ non
relinquit hoſtia pro peccato. q̄a non poſſūt
ſibi eaꝫ vſurpare que ita oblata eſt vt hijs
proſit qui de peccatis penitent nō qui per
manent in peccatis. Sic vna veritate ma
nifeſta. alia quoqꝫ in lucem venit. Quod
autē dictū eſt. q̄a non eſt locus ſecunde pe
nitentie. ita quidā intelligere volunt. quia
tota hec vita locꝰ penitentie eſt homini pec
catori qui hic penitentiā facere volunt lo
cum habent. q̄a hic locus datus eſt penitē
di hominibus. Qui autē hic penitentiam
agere nolūt in alia vita eē ſi voluerit facere
pniaꝫ nō poterūt. ita vt fructū habeat peni
tentia eorum q̄a locū non habent. Prima
ergo penitentia in hac vita locuꝫ habet. ſe
cunda penitentia poſt hanc vitā locū non
habet nec fructū habet etiā ſi dolorē habet
Alij hoc dictum intelligunt de publica pe
nitentia quaꝫ dicunt iterari non poſſe pro
pter rigorem et caſtigationeꝫ ne homines
ſacramenta dei contēnant. ſed vnuſquiſqꝫ
prout potuerit ſcd̄m veritateꝫ ſentiat. Ego
illum qui dixerit. ideo non locū eſſe ſecūde
penitentie. q̄a vna debet eſſe penitentia ho
mini q̄mdiu viuit vt ſemper de p̄teritis do
leat ⁊ a futuris ſe cuſtodiat. ⁊ nūq̄ꝫ ad pec
cata redeat que ſemel dimiſit ⁊ qui hoc
facit q̄d facere debet facit. et qui aliter facit
id eſt qui ad peccata preterita reuertitur vt
cū peccauerit q̄ꝫdiu vult iterum ad penitē
tiam redeat. ⁊ quaſi poſt primā ſecundam
facit penitentiā. facit q̄d facere non debet.
nec tamē in eo ꝙ penitꝫ male facit. ſed in eo
ꝙ non perſeuerat in penitentia male facit.
Qui ſic dixerit locū non eſſe ſecunde peni
tentie. ego illum faciliorē inueniſſe exitum
puto. ⁊ ſine ſcrupulo queſtionis moleſtiaꝫ
declinaſſe.

## De his qui in extremis penitent. Ca. V.

Uerunt quidaꝫ
q quid de hijs ſentiēdum ſit qui
in peccatis ſuis vſqꝫ ad fineꝫ vi
te perſeuerāt. ⁊ tamē in extremis morte im
minente territi cōpunguntur ⁊ penitent. et
ex toto corde miſericordiā et indulgentiā
q̄runt. etiam ſi ſatiſfactioneꝫ articulo tem
poris preuenti perſoluere non poſſunt bre
uiter q̄d michi videtur abſoluo. Ego puto
hominē q̄ꝫdiu in hac vita viuit ſicut malū
facere poteſt ita ⁊ emendare poſſe ſi fecerit
et nunq̄ꝫ quocunqꝫ temp̄e etiā in extremis
etiam in articulo neceſſitatis penitentiam
homīs infructuoſaꝫ eſſe ſi vera fuerit. Ego
ſcripturā audio dicenteꝫ. Quia in q̄cunqꝫ
hora pctōr ingemuerit ſaluus erit. Non ti
bi dixit biduo aut biennio ante mortē ſi in-
gemuerit. ſꝫ q̄cūqꝫ hora ingemuerit ſaluꝰ
erit. ergo tu noli ponere tempꝰ miſcd̄ie dei
ne forte iudicium tuum tibi ꝓpi aduerſetur
Noli ponere legem q̄ tibi non expedit pec
cator es ama miſericordiaꝫ. q̄a ſi n̄ amas
nō mereris nec tn̄ tibi ſb hac ſpe ſecure pec
candum eſt. propterea ꝙ in fine ſi conuer
ſus fueris ſalus tibi promittit̄. Naꝫ q̄ꝫuis
etiam tunc venia tibi promittitur. ſi vere
penitueris. nō tamen tibi ꝙ vere tunc peni
tere debeas promittitur. valde difficile eſt



vt tunc ſit vera penitētia quando taꝫ ſera
venit. q̄ndo cruciatus mēbra ligat ⁊ dolor
ſenſum opprimit. vix aliud hō cogitare p̄t.
Ergo ſi vis ſecurus eē age pniam dū ſanꝰ
es. dū mens ſibi vacare poteſt exerce illā in
ope ſuo. valde ſuſpecta dꝫ eſſe penitentia q̄
coacta eē videt̄ ⁊ facile eſt vt hō ſe nolle pu
tet q̄d poſſe nō datur. poſſibilitas optime
voluntatē probat ſi nō facis dū potes ma-
nifeſte oſtendis q̄ nō vis. Quāuis autem
in temp̄e ſanitatis ſecurior ſit penitētia. tn̄
melior eſt ſera q̄ꝫ nlla. ante finē time ne pe
nitere differas. in fine ꝯfide vt vel tunc etiā
reſipiſcas. Q̄ꝫ ſi forte tibi ſuppetere non vi
des tempus opis. egredere tn̄ in ſpe firma
cum arra bone deuotōis. Multū ſera fuit
latronis penitentia. ſꝫ indulgētia ſera non
fuit. Q̄d tamdiu petere diſtulit vide q̄ꝫ cito
accepit. Cor ꝯtritū et humiliatū deꝰ noſter
nunq̄m deſpiciet. quia morteꝫ nō vult pec
catoris. ſed vt conuertat̄ ⁊ viuat.

## Q̄ꝫ ſola voluntas ſufficit ſi facultas operandi non detur. Ca. VI.

Jergo bonaꝫ uo
luntatē hēs noli deſperare. Angeli
de celo clamāt. Pax in t̄ra homi
nibus bone voluntatis. nō dixerūt pax ho
minibꝰ diuitibꝰ aut nobilibus aut potenti
bus ſiue multa facere valentibꝰ Si hoc di
xiſſent timendū tibi eſſꝫ. q̄a hec omnia etiā
inuitis ⁊ abeſſe pn̄t ⁊ adeſſe non amantibꝰ
ſimilr̄. voluntas nulli abeſſe poteſt niſi vo-
lenti. tale aliquid eſt volūtas ꝙ nec dari nͨ
auferri poteſt inuito. Propterea volūtas
homīs eſt ptās dei. ⁊ deo volūtas homīs
eſt. q̄a velle in poteſtate homīs eſt ⁊ nō po
teſt voluntatē tollere homini aliq̄ violētia
extriſecꝰ incurrēs neqꝫ infirmitas neqꝫ ad
uerſitas vlla. neqꝫ paup̄tas voluntateꝫ ho
mini tollere poteſt niſi ipe homo voluerit.
opus ei auferri poteſt etiaꝫ q̄n ipſe nō vult
voluntas nō poteſt. Propterea nō eſt in
ipſo q̄ndo poſſit. ſꝫ in ipo eſt q̄n velit. etiaꝫ
q̄uāuis ab ipſo nō ſit voluntas q̄ndo vult
q̄niam ⁊ ipm velle bonū ex deo eſt. idcirco
tamen in ipo homīe dicit̄ eſſe quando velit
quia extriſecus velle homīs nō poteſt im
pediri. Ad h̄ vt velit nichil foris querit̄. to-
tum in ipo eſt q̄d ad hoc faciendꝫ opus ē.
non querit aliq̄d extra ſe vt velle habeat in
ſe. idcirco in ipo eſt velle. poſſe in ipo nō eſt
niſi aliud foris opponatur ad explicandaꝫ
voluntatē q̄d quando adeſſe debeat vel ab
eſſe in ptāte homīs non eſt. Jdcirco q̄n nō
vult bonū non culpatur niſi ipe. Quando
autē non p̄t ſi vult q̄dem ꝓpter volūtateꝫ
impoſſibilitas nō imputat̄. Si autē nō vlt
propter impoſſibilitatē voluntas nō excu
ſatur. Totū ergo merituꝫ in voluntate eſt
q̄ntū vis tantū mereris. Sꝫ dicis. ſi ſolum
velle meritū eſt et ſi merituꝫ homīs in ſola
conſtat voluntate. Quid ergo opꝰ facit?
Habeo voluntatē ⁊ ſufficiet michi. Quid
neceſſe eſt operari ſi opus nihil facit ſed vo
luntatē ſine ope habere nō potes q̄n opari
potes. Non eſt voluntas ſi nō operat̄ q̄d
poteſt. Si aūt non p̄t operari ſufficit ipa ſi
bi ⁊ habet meritū ſuum propter ſe in quo
ſola placet ꝙ bona eſt. ſed dicis iterū. Si to
tum meritū in voluntate eſt nihil amplius
ex opere eſt. etiaꝫ q̄ndo ipm opus cū volū-
tate eſt. Quare ergo opus req̄ritur. ſi pro
opere merito homīs nichil adijcitur vel au
fertur. Audi quare. Jdeo poſt voluntateꝫ
etiā opus req̄ritur vt in ipo ope voluntas
augeatur. Tale eſt cor homīs vt opere ſuo
amplius inardeſcat ſiue ad bonitatē amā-
dam ſi rectuꝫ eſt. ſiue ad maliciā ſi prauū.
Jta vtrimqꝫ affectꝰ opere nutrit̄ vt creſcat
et amplior ſit. ⁊ vix fieri poteſt vt voluntas
opere ſuo nō augeat̄. Quantū ergo volū
tas creſcit tantū meritū creſcit. ⁊ tantū opꝰ
ipm voluntati aut prodeſt in bonū aut in
malū nocet. q̄ntum ipſam voluntatē ad af
fectū bonitatis ſiue malicie accendendo ex
ercet. ⁊ ſi forte cōtingit tantā eſſe voluntatē
in eo qui nō operatur. q̄nta ē in illo q̄ opꝰ
exercet. vbi voluntas eadē eſt merituꝫ diſſi
mile eſſe non p̄t. ſed dicit iterū. Si totū me
ritum in voluntate eſt ⁊ nichil amplius ex

opere eſt.ergo opus bonũ nõ remuneraẗ
ſed ſola voluntas. Uide quomodo hoc in:
telligere velis.naz ſcðm aliquid ꝛ ħ veraciẽ
dicitur .qꝛ homĩs voluntas ſiue ad bonuz
ſiue ad malũ ſola remuneraẗ. Et rurſus cõ
uenienter dicitur.qꝛ opus ꝛ voluntas ꝛ ip
ſe etiã homo volens ꝛ operans pro volun
tate ꝛ ope remuneratur. Dicitur voluntas
remunerari.qa in ipa meritũ conſtat. diciẗ
et opus remunerari.quia in ipo ↄſtat cau
ſa ſiue occaſio merendi. Uoluntas remu:
neratur pro opere .opus remuneraẗ ꝓ vo:
luntate. Uoluntas remuneraẗ ꝑ ope.quia
in illo vt placeret meruit. Opus remũeraẗ
pro volũtate. qa ex illa vt placeret meruit.
Uoluntas placet. quia ipſa bona eſt et in
ipſa iuſticia eſt que placet. Opus placʒ.qꝛ
ex bona voluntate eſt. ꝛ ſignũ eſt iuſticie et
bonitatis que in ipa voluntate eſt ꝛ placʒ.
Uolũtas placʒ ꝓ eo q̃d in ipſo eſt. Opꝰ pla
cet pro eo ex quo ipm eſt. Sicut ergo ſola
iuſticia eſt pro qua ꝛ voluntas placʒ ꝛ opꝰ
volũtatis.ſic non due ſed vna retributĩõ eſt
qua ꝛ voluntas remuneraẗ ꝛ opus volun
tatis Una ergo retributõ eſt qua ꝛ homo
remunerari dicitur quia illi datur.ꝛ volũ:
tas remunerari diciẗ quia pro illa datur.ꝛ
opus remunerari diciẗ in quo volũtas ip:
ſa placere meretur etiam q̃ndo nõ operaẗ.
Uoluntas placet in hoc quod voluit ope
rari.ꝛ de ipo opere placet etiaz quando illð
facere non poteſt. Semper ergo placet vo
luntas pro ope ꝛ homo nunq̃m placʒ niſi
pro voluntate.tñ quando homo pro volũ
tate placet ideo placet. quia ipſa voluntas
placet. Quando autẽ voluntas ꝓpter opꝰ
placet.non ſic placet quaſi opꝰ ꝓpter ſe pla
ceat.ꝛ voluntas propter opus cuz potius
voluntas propẗ ſe placeat ꝛ opus propter
voluntatem. Sed diciẗ propter opus pla:
cere voluntas,quia ipa voluntas operis ẽ
et de opere eſt q̃d placet. Uelle enim ſemꝑ
aliq̃d velle eſt ꝛ placet homo.quia vult ali:
quid ꝓpter voluntatẽ iuſtaz que de aliquo
eſt.ꝛ ideo iuſta eſt.quia eſt de quo eſſe debʒ.
et talis eſt qualis eſſe debet. Sic ergo in vo

luntate totũ meritum eſt etiam ſi reſpectu
operis ſit.quod opus ſiue ſit ſiue non ſit ni
chil in voluntate minꝰ eſt niſi forte in hoc ꝙ
voluntas ipſa maior fieret ſi ipſum opus
fieret. Si ergo magnũ merituz habere vis.
magnã habe voluntatẽ. Magna fiducia.
tantum mereris quantuz vis. poſſunt eſſe
voluntate pares q̃ facultate impares ſunt.
Multum dedit zacheus quia diues erat
et multũ habebat. Uidua illa que duo mi
nuta miſit paruz habuit ꝛ parũ dedit.ymo
tantũ dedit q̃ntum zacheus. Minores fa
cultates ferebat.ſed parẽ voluntatẽ hẽbat
Si attendas quid dederint diuerſa inue:
nies.ſi attendas vnde dederint paria inue
nies. Non autẽ penſat deus quãtuz detur
ſed ex quanto detur. Si ergo vbi plus daẗ
et vbi minus differens merituz non eſt ſi
equalis volũtas habeaẗ.ergo vbi aliquid
datur ꝛ vbi nichil datur differens merituz
eſſe non poteſt ſi equalis vtrimqʒ volũtas
habeatur.ideo dixi tibi vt nõ deſperes ſi fa
cultas deeſt tibi aſſit bona voluntas quan
tum vis tantum mereris. Fac ergo volun
tatem magnaz ſi vis habere meritum ma:
gnum. Bene hoc ſciuit peccatrix illa que
quia multum habuit quod dimitteretur
non attulit ſubſtantiam magnam ſed dile
ctionem magnam.multum contra multũ
Si mlta pecunia magis q̃ʒ charitate mul
ta iniquitas multa redimeretur. feliciores
diuites eſſent q̃m pauperes . et ſecure pec:
care poſſent quãtum vellent ꝛ quãdiu vel
lent. In ipſis enim eſſet redemptõ peccato
rum ſuorum quãdo vellent darent pecuni
am ꝛ haberent iuſticiam. Nunc autem hñ
fecit deus.quia in eo poſuit redemptõem
noſtram vbi nullus niſi ipſe velit egere po
teſt.amare poſſunt equaliter ꝛ diues ꝛ pau
per.etiam ſi pecuniam equaliter dare non
poſſunt. Dilige multum ſi vis vt multum
tibi dimittatur. Dimittuntur inquit ei pec
cata multa quoniã dilexit multuz. Cui plꝰ
dimittitur plus diligit. Aliquid contrarie
tatis hic eſſe videtur. Si eniz ideo ei dimit
tuntur peccata multa quia dilexit multũ.

videẗ dilectio prior eſſe q̃ʒ remiſſio. Et rur
ſum ſi ille plus diligit cui plus dimittitur.
videtur prior eſſe remiſſio q̃ʒ dilectio . Sic
enim dictuz eſt. Duo debitores erant vni
feneratori.vnus multum debebat.aliꝰ pa
rum.vnus plus alius minuſ. Cum non ha
berent vñ redderẽt donauit vtriſqʒ. Quis
ergo eum plus diligit? Et reſpondit. Eſti:
mo is cui plus donauit. Uidetur hic prior
eſſe remiſſio ꝛ poſterior dilectio. Ideo eniz
multũ diligitur quia multum dimittitur.
Poſtea ſubiungit oſtendẽs quare propo
ſitionem iſtam fecerit. Uides inquit hanc
mulierem. Intraui in domũ tuam aquaz
pedibus meis non dediſti.hec autem poſt
q̃ʒ intraui lacrimis lauit pedes meos et ca
pillis exterſit.et poſtea. propterea inq̃t di
co tibi dimittuntur ei peccata multa quia
dilexit multum. Cui minus dimittitur mi
nus diligit.ꝛ cui plus dimittitur plus dili
git. Non videntur iſta coherere quia dixit
eum plus diligere cui plus dimittiẗ. ꝛ huic
idcirco multũ dimiſſum quia multum di
lexit. In hoc ergo non videtur conueniens
eſſe ſimilitudo niſi ſic forte dicat.quia ĩ hoc
apparet ꝙ multuz ei dimittitur.quia dilexit
multum.quia ille cui plus dimittitur plus
diligit. Dimittunẗ inquit ei peccata multa
quoniã dilexit multuz. Dimittũtur inquit
illi peccata multa. Et vnde hoc probo aut
quomodo aliud oſtendo.quia dimittũtur
ei peccata multa. In hoc inquit.quia dilex
it multũ. Magna dilectõ magne remiſſio
nis indiciũ eſt. Cui enĩ plus dimittitur plꝰ
diligit. Debitor eſt eniz ille cui plus dimit
titur vt plus diligat. ꝛ ſi plꝰ diligit facit q̃d
debet.ꝛ oſtendit ſe multum debere in eo ꝙ
multuz reddit. Sic igitur mulier iſta mul
tum officioſa.multũ ſedula.multũ deuota
multum diligit.quia multũ ſe accepiſſe ag
noſcit. dimittunẗ ei peccata multa quia di
lexit multuz. Si quis ergo ita intelligere ve
lit quod dictũ eſt. Dimittuntur ei peccata
multa quia dilexit multũ.nichil inconueni
entius erit.ſʒ videbitur fortaſſis hoc alicui
magis ad veritatem pertinere. vt illaʒ hic

dilectionem intelligamus quã mulier pec
catrix deſiderio ſanitatis accẽſa diligere ce
pit ſaluatorez a quo ſe credidit habere ſalu
tem.ꝛ quia agnouit multũ eẽ quod ſibi ab
eo dimittendũ eſſe ſperauit.ideo multuz di
lexit. Nondũ adhuc audierat dimittũtur
tibi peccata tua.adhuc quod impetrare de
ſiderauit poſtulauit . et tñ quaſi iam acce
piſſet datorez ſuum amauit a q̃ ſe q̃d petijt
accepturã ñ dubitauit. Idcirco inq̃t fides
tua te ſaluã fecit. Qꝛ enĩ credidiſti dilexiſti
et qꝛ dilexiſti meruiſti. Ex q̃ enĩ fides cepit
ſalus cepit.ſed tu neſciebas ꝙ ego te ꝑ fidẽ
et dilectionẽ ad me traherẽ vt credenti ꝛ di
ligenti pctã mlta ↄdonarẽ. Tu aũt forte ħ
nõ cogitabas.iõ vt ſcias ꝛ ↄſoleris.nũc di
co tibi. Dimittunẗ tibi pctã tua.cui plus di
mittiẗ plꝰ diligit.alij diligũt pꝰ q̃ʒ accipiũt.
tu et ꝑus q̃ʒ accipes dilexiſti.qꝛ te acceptu
rã credidiſti.iõ fides tua ſaluã te fecit vade
in pace. Uide nũc q̃ntũ ꝑt deuotio magna
q̃ntũ facit charitas.q̃ntũ faĉ bona volũtas
Noli ergo timere ſi bona voluntas pigra
non fuerit.indulgentia tarda non erit.

Ꝙ homo opus iudicat.deꝰ vo
luntatem penſat.

Ca. VII.

## Duo ſunt volũtas

et opus voluntatis. Deus volun
tatem penſat.homo opuſ iudicat.
Sed ſunt iterũ opa alia occulta q̃ neſciun
tur.alia dubia q̃ nõ diſcernũtur.alia mani
feſta. id ẽ .vł ita mala vt nõ valeãt abſcon
di.ſiue ita bona vt de his nõ poſſit dubita:
ri. Occulta ꝛ dubia diuino iudicõ reſeruanẗ
Que aũt manifeſta ſunt ſi bona ſunt.ꝑ ap
probationẽ iudicãtur ſed per retributionẽ
nõ iudicãtur.quia ꝑmiũ et merces illoruz
in poſterũ reſuatur. Mala voluit deꝰ hic
iudicari ꝛ puniri.ne ſi in poſterũ illoꝝ iudi
ciũ ſeruareẗ. nõ ad correctiõem ſʒ ad dam
nationez omne iudiciũ exerceret. Propte
rea poſiti ſunt homines iudices vice dei vt
culpas ſubiectorum examinando caſtiga
rent.vt in fine cum venerit iudex correctos

ſaluare poſſit. quos corrigendos hūano iu
dicio ſubiecit. Data ſunt ergo iudicia. ⁊ cō
tra culpas diuerſas expiādas correctionū
et ſatiſfactionū modus ac mēſura ratōna
bili diffinitōe pſcigitur. Et eſt ſcriptus liber
penitētialis in quo q̄ſi ſpūalis medicine an
tidota ꝓponuntur. vbi medici animarum
accipiant q̊d contra morbos pctōꝝ ſanan
dis egris menb⁹ apponant.

## De remiſſione peccatorū et ſi ſacerdotes qui homies ſunt peccata poſſunt dimittere. Capitulum VIII.

Poteſtatem remit
tendi pctā quidā ſoli deo ita aſcri
bere conantur vt in ea hominem
participem fieri poſſe nullo mō concedāt.
Et ad confirmationē hui⁹ aſſertiōis addu
cunt mundationē illius leproſi quē domi
nus prius p ſemetipm ſanitati reſtituit. ac
ſic deinde ad ſacerdotes miſit non vt eius
mundatio virtute illoꝝ perficeretur. ſed vt
tantūmō teſtimonio illoꝝ confirmaretur.
Simili mō nunc in pñti ecclia dicūt mini
ſteria ſacerdotū nichil amplius vtutis ha
bere niſi quedaꝫ tantūmō ſigna eſſe. vt ille
videlicet qui prius per contritionē cordis
intus a dño abſoluit. poſtmodū in confeſ
ſione oris ab eis abſolutus eſſe oſtendatur
Qꝫ autē in ſola cordis contritione etiam
ante confeſſionem oris pctā dimittantur.
prophetico illo teſtimonio approbare vo
lunt q̊ dicitur. Quacunqꝫ hora ingemue
rit pctōr ſalu⁹ erit. et alibi. Quia adhuc te
loq̄nte dicā ecce aſſum. Et pſalmiſta. Dixi
inquit ꝯfitebor aduerſū me iniuſt. m. d. ⁊ t.
re. im. p. m. Idcirco tamē poſt contritioneꝫ
cordis ꝯfeſſionē q̊ꝫ oris eſſe neceſſariā. q̄a
ſi quis etiā poſt impetratā veniā peccatoꝝ
confiteri eadē peccata ſua neglexerit q̄ſi in
ſtitutōis diuie ꝯtemptor q̄ꝫuis nō pro pec
catis q̄ iam dimiſſa ſunt reus teneat. tamē
reus pro cōtēptu erit. Vl' fortaſſis q̄ ipa
peccata iam ad contumacē redeunt q̄ pri⁹
per ꝯpunctionē humiliato dimiſſa fuerunt

Hac ergo rōne pbant homies nllo mō po
teſtatem habere dimittendi pctā. ſed hanc
ſoli⁹ dei eſſe. ſicut etiā in euangelio iudei ꝯ
dñꝫ murmurātes. q̄ dixerit palitico. dimiſ
ſa ſunt tibi pctā tua. aierunt. ſolū deū poſſe
peccata dimittere. Sed fortaſſis q̄ hoc de
abſolutiōe peccatoꝝ dicūt. quomō quiſqꝫ
peccato liget non ſatis diligenter attendūt
Duob⁹ enī modis peccator ligat⁹ eſt. liga
tus eſt obduratōne mētis. ligatus eſt debi
to future dānationis. Quādiu nanqꝫ gr̄a
dei cuꝫ homie eſt. ſolut⁹ eſt hō ⁊ ad hñ ope
randū expeditus. Sed cū p peccatū gratia
dei ſubtrahitur. ſtatim ipſa ſua obduratōe
mens intrinſecus obligatur. Iſta obdura
tio ſiue excecatio mentis interiores tenebre
ſunt in quib⁹ homo p pctō ſuo in preſenti
obligatus tenet. ⁊ niſi ab his in hac vita ſo
lut⁹ fuerit p⁹ modū ligatis manib⁹ ⁊ pedi
bus in tenebras exteriores pijcietur. Sed
q̄ nemo ſua virtute poſt ruinā peccati ſur
gere valeret. niſi diuina miſericordia gr̄ui
to pueniens eū ſuſcitaret. ideo neceſſe eſt vt
deus gratiā ſuam quaꝫ peccantib⁹ nobis
iuſte ſubtraxerat q̄ndo ad penitentiaꝫ viui
ficandi ſumus ſola miſcdia nullis noſtris
pcedentib⁹ meritis reddat. q̄tinus ipa gra
tia adueniēs cor noſtꝝ a torpore infidelita
tis ⁊ a peccati morte exſuſcitet. vt ſcꝫ dū pri
mū ipſa ſola operante ad pniam compun
cti a vinculis torporis abſoluimur. et ipſa
deinde cooperante penitentes a debito dā
nationis abſolui mereamur. Hoc hñ in re
ſuſcitatione Lazari ſignificatū eſt quē ipſe
dñs pſe prius intrinſec⁹ a vinculo mortis
abſoluit. viuificatū aūt de foris miniſterio
ipſoꝝ apłoꝝ ſolui pcepit. Sic nāqꝫ in ſan
cta eccleſia nunc mortuos pctis p ſolā gra
tiam ſuā intrinſec⁹ viuificās ad ꝯpunctio
nem accendit atqꝫ viuificatos p ꝯfeſſionē
foras venire pcipit. ac ſic deīn ꝯſuētes p mi
niſteriū ſacerdotū ab exteriori vinclo. hē
a debito dānatōnis abſoluit. Hñ aūt debi
tū dānatiōis vinclm exteri⁹ dr̄. q̄ ptinet ad
tenebras exteriores q̄s euadere dign⁹ n̄ eſt
q̄ſq̄s pri⁹ i hac vita a tenebris iterioꝛib⁹ ſo



ui non meretur. Sed male inquiunt de ſa
cerdote deuꝫ facitis qui ei poteſtatē dimit
tendi peccata quod deo ſoli cōpetit tribui
ſtis. Non ego ſacerdotes deos facio. ſmo
diuinus qui mentiri nō poteſt ſacerdotes
deos dicit. Dijs inquit non detrahes ⁊ pñ
cipi pplī tui non maledices. Iſti vero con
tra legis pceptum dijs detrahunt. q̄a pote
ſtatem diuinitus collatā ſacerdotibus au
ferre volunt. Neqꝫ vero ego ſacerdotibus
poteſtatē dimittendi peccata tribui Ille ho
mibus poteſtatē diuinā tribuit qui de ho
minibus deos facit. ſed tamē ipe ſicut ex ſe
metipſo deus eſt. ita etiaꝫ per ſemetipſum
quando vult ſine humana cooperatione
peccata dimittere poteſt. Hij vero qui ex ſe
metipis dij non ſunt. illi etiaꝫ niſi eo a quo
ſunt hoc q̊d ſunt in eis ⁊ per eos operante
⁊ eis cooperante peccata dimittere nō poſ
ſunt. Quomodo ergo ſolus deus bonus
eſt. nec tamen inde ſequitur bonos nō eſſe
etiā eos qui domino ſeruiūt. et quomodo
ſolus deus mirabilia facit. ⁊ tamē de iuſto
homine dicitur. Fecit enī mirabilia in vita
ſua. ita etiam ſolus deus peccata dimittit.
tunc q̊ꝫ quando ſacerdotes ab eo ⁊ per eū
dimittunt. Ipſe enī hoc in homine facit q̊d
homo per eum facit Nec ideo dicendum ē
hominē ibi nihil facere. q̄ per euꝫ de⁹ facit
ymo vo iō multo meli⁹ ⁊ mlto veri⁹ facere
q̄ p eū de⁹ facit. Hinc eſt q̄ Petro pncipi
apłoꝝ dic. Tibi dabo claues regni celoruꝫ.
Quodcūqꝫ ligaueris ſup terrā erit ligatuꝫ
et in celis. et q̊dcunqꝫ ſolueris ſup trāꝫ erit
ſolutum ⁊ in cel'. Non dixit: quodcunqꝫ ſol
ueris hoc eſt vt illi aiunt ſolutū oſtenderis
fuit ſolutū ſed erit ſolutum. quia ſententiā
Petri non pcedit ſed ſubſequitur ſentētia
celi. Ne autē h ſoli Petro cōceſſuꝫ putes
eſſe. audi q̊d omnib⁹ apoſtolis ac per hoc
omnibus apoſtolorū ſucceſſoribus et apo
ſtoloruꝫ vice fungentib⁹ dicat. Accipite in
quit ſpūm ſanctum. quorū remiſeritis pec
cata remittūtur eis. ⁊ quorum retinueritis
retenta ſunt. Ubi dixit. Si oſtenderitis ſu
it nnuſq̄ꝫ hoc dixit. ſed dixit ſi feceritis erit.
Audiant ergo ⁊ intelligant quoruꝫ remiſe

ritis peccata remittuntur eis. quibus hoc
dicebatur prius dictū fuerat. Accipite ſpiri
tum ſanctuꝫ ne vel quod dabatur credere
tur contēptibile. vel q̊d accipientes operan
tur exiſtimetur ex hūana virtute procede
re. Non ergo mirū eſt ſi homines peccata
dimittere poſſunt. quia vt hec poſſint nō
ex ſua ſed ex diuina virtute accipiunt. ⁊ hoc
hominibus deum dare nichil aliud eſt q̄ꝫ de
um hoc per homines facere. Quod au
tem de mundatione leproſi opponunt mi
nime opinioni eorum ſuffragatur. quia ſi
ideo peccator ante confeſſioneꝫ abſolui cre
dēdus eſt. q̄ leproſus mundatus eſt ante
demonſtrationeꝫ. eadem ratione peccator
poſt compunctionē ad ſacerdoteꝫ ire non
debet peccatum ſuum plangere. ſed iuſtici
am demonſtrare. quia et ille ad ſacerdotes
miſſus eſt non vt ſanitatē reciperet. ſed vt
ſanitatem demonſtraret. quod omnino fi
des chriſtiana abhorret. Propterea ſi mi
raculum quod dominus operatus eſt. ſa
cerdotib⁹ non ob reuerentiaꝫ officij ſed ad
improperiuꝫ oſtenditur. quid aliud q̄ꝫ no
ui quoqꝫ ſacerdotij in ſpirituali curatione
contemptus generatur? Sꝫ et illud quod
dicunt. Quacunqꝫ hora ingemuerit pecca
tor ſaluus erit. ego de his precipue dictum
puto qui totam vitā ſuaꝫ in peccatis agen
tes in fine penitent. ⁊ tunc peccata deſerūt
quando iam in hac vita tempus ſatiſfactō
nis habere non poſſunt. Quibus dicitur
ne tamen vllo modo de venia deſperent. q̄
tunc quoqꝫ ſi vere penituerint miſericordi
am conſequi valent. hoc eſt eniꝫ. Quacun
qꝫ hora ſcilicꝫ etiam in extremis etiā in ar
ticulo neceſſitatis ſi peccator ingemuerit.
hoc eſt ex tota cordis contritione conuer
ſus fuerit ſaluus erit. ab eterna ſcilicꝫ dam
natiōe. quaſi alijs verbis diceretur. Qua
cūqꝫ hora in preſenti vita peccator vere pe
nituerit in futura vita nō peribit. Qꝫ ſi q̄s
ꝯtendat illō q̊d dictū eſt ſalu⁹ erit nō eſſe di
ctū de ſaluatione q̄ in futō tribuit. ſꝫ de illa
potius q̄ in pñti in ablutōne pctōꝝ condo
nat. nō neceſſe eſt tamē nos dicere q̄ pec
cator ab omni dbito ſuo abſoluat ſtati exq̄

gemere cepit donᶜ totũ conſecutus fuerit
remedium. qd deus ad obtinendã veniam
inſtituit. Hoc eſt autem remedium vt coꝛ
de peniteat et oꝛe confiteatur delictum. qd
cum fecerit iam amplius debitor damna-
tionis non erit. etiã ſi ſatiſfactio reſtat quã
pro peccato perſoluit. Q, ſi forte peccatoꝛ
vere peniteat ſed intercurrente articulo ne
ceſſitatis ad confeſſionẽ venire non poſſit
confidenter ꝓnuncio. qa in eo ſummus ſa
cerdos complet quod moꝛtalis nõ potuit
et apud deũ iam factũ ꝯſtat qd homo qdẽ
vere voluit ſ; nõ valuit adimplere. qꝛ ꝯfeſſi
onem nõ contemptꝰ excluſit ſ; impediuit
neceſſitas. proinde ſi id qd dictũ eſt. Qua
cũq; hoꝛa ingemuerit pctoꝛ ſalꝰ erit de ꝑ-
ſenti ſalute accipitur ſic intelligendũ eſt ac
ſi diceret. Tunc peccatoꝛis ſalus incipit qñ
veraciter ꝓ delictis ſuis ingemiſcit. q̃ tamẽ
ſalꝰ tunc plene ꝑficit qñ id vnde ingemue
rit etia; oꝛe ꝯfitetur. Item illud qd dicitur
quia adhuc te loq̃nte dicam ecce aſſum. ſic
conuenienter ꝑt accipi. qa deus pꝛius adeſt
per grãm vt coꝛ ad penitentiã ꝯpungat. de
inde adeſt vt peccatoꝛũ indulgentiã ꝯfiten
ti tribuat. Poſtremo id qd de pſalmiſta
oppo nũt. Dixi ꝯfi. aduer. m. i. m. d. ⁊ t. r. i. p.
m. Sãctus Greg. de culpa cogitatiõis tan
tũmõ dictũ eẽ aſſeruit i hec ṽba. Sepe mi
ſericoꝛs deus eo citius pctã coꝛdis abluit q̊
hec exire ad opera non ꝑmittit. vnde recte
per pſalmiſtã dr. Dixi ꝯfitebo ꝛ aduerſum
me iniuſticiã meã dño. ⁊ tu re. im. pec. mei.
et paulo poſt. Quã facilis ſit ſuper hoc ve-
nia oſtẽdit. qui dum ſe adhuc promittit pe
tere hoc qd ſe petere promittebat obtinuit.
quatinꝰ qa vſq; ad opuſ nõ venerat culpa
vſq; ad cruciatũ non perueniret penitentia.
ſed cogitata afflictio mente; tergeret qua;
nimiꝝ tantũmodo cogitata iniq̃tas inqui
naſſet. Q, ſi qs hoc de quolibet delicto ve
lit accipere. ſciat tamen aliud peccatu; eſſe
aliud impietate; peccati. Impietas nanq;
peccati ipa rectiſſime obduratio coꝛdis ac
cipitur. que pꝛimum in compunctione ſol
uitur. vt poſtmodu; in confeſſione pctũm
ipſum. id eſt. debitũ damnationis abſolua

tur. Sed ſiue hoc ſiue alio quocũq; modo
p̄dicte autoꝛitates exponãtur. nos veriſſi
me ꝯfitemur ſacerdotes dei in eccleſia po
teſtatẽ habere ligandi ⁊ ſoluẽdi nõ perfun
ctoꝛie ⁊ inuſitato q̊dam genere locutionis
ſignificatã ſed veraciter a deo ꝯceſſam. qbꝰ
dictũ eſt. Quoꝝ remiſeritis peccata remit
tuntur eis. ⁊ quoꝝ retinueritis retenta ſũt.
Sed forte quis opponet. qꝛ ſacerdoteſ mul
tos ligant in eccleſia qui apud deum non
ligãtur. Itemq; multos ſoluũt qui apd de
um ligati permanẽt. quia ſepe ⁊ innocẽtes
ligant. ⁊ in reatu permanentes ſoluũt. ⁊ ſic
verum nõ erit. Quoꝛu; remiſeritis pecca
ta remittuntur eis. et quoꝛũ retinueritis re
tenta ſunt. Sed ſciendum eſt ꝙ ſepe ſacra
ſcriptura ſic de re aliq̃ loquitur. vt qd ind
euentuꝝ ſit pꝛenunciare videatur. ⁊ tamen
virtutem eiꝰ magis q̃; euentum expꝛimat
quia non qd euenire dbeat. ſed quid eueni
re poſſit oſtendat. Verbi gratia Dicit qdã
loco ſcriptura. Qui crediderit ⁊ baptizatꝰ
fuerit ſalꝰ erit. et tamen ſcimus quia mlti
credentes baptiſmũ accipiũt qui poſtea
culpis ſuis exigentibus repꝛobati ad ſalu
tem eternã non pertingunt. Ite; in alio lo
co. Qui manducat carne; meã ⁊ bibit ſan
guine; meũ habet vitã eternã et in iudiciũ
non venit. ſed tranſit a moꝛte in vita;. Et ta
men Paulus dicit. Quia quiſq̃s coꝛpus
domini indigne manducare et calicem bi
bere pꝛeſumpſerit. iudiciu; ſibi manducat
et bibit. Vbiq; ergo magis ṽtus ſacmento
rum expꝛimitur. nec ꝙ per ea quilibet par
ticipantes ſaluandi ſint. ſ; ꝙ ſaluari poſſint
ſignificatur. quaſi diceretur. Tanta ṽtus ẽ
baptiſmi vt quiſq̃s illud fideliter et deuote
acceperit. per illd ad eternã ſalutẽ ꝑtingere
poſſit. Itẽ tanta ṽtus eſt i ſũptione coꝛpis
⁊ ſanguis mei vt ꝑ illud q̃ digne ſumpſerit
eterna; vitã conſeq̃ poſſit. Sili modo ꝓ di
ctũ exiſtimo. Quoꝝ remiſeritis pctã remit
tũtur eiſ. ⁊ q̊ꝝ re. reten. ſũt. ac ſi aptꝰ diceret
Tantã vob poteſtatẽ in ligandis ⁊ ſoluen
dis peccatis tribuo. vt quiſquis a vobis li
gari meruerit ia; apd me ſolutus eſſe non
poſſit. et q̃ſquis a vobis abſolui meruerit



iam apud me ligatus non ſit. Audiant ho
mines et intelligant peccatoꝛes quod ꝑſi-
dium eis a domio conceditur qd rurſu;
iudicium pꝛeꝑatur. foꝛtaſſis deũ nec dum
interpellare pꝛeſumũt. habent homines ſa
cerdotes vice dei fungẽtes cũ quibus inte
rim cauſam ſuã ſine ꝑiculo agere poſſunt
ament interceſſoꝛes ⁊ timeant iudiceſ. S;
foꝛtaſſis iteru; querit aliq̃s quid opus ſit.
deo ad ſoluenda peccata hominũ homĩes
cooperatoꝛes querere q̃ſi per ſe qd volue
rit non valeat adimplere. S; certiſſime ſci
re debemus ꝙ in abolendis peccatis neq̃
q̃m deo hũana coopatio ſuffragetur. Ido
tamẽ hominẽ cooperatoꝛem fieri. quia ſa
lus peccatoꝛis eo modo competẽtius per
ficitur. Quid eni peccata niſi plage quedã
ſunt. ⁊ qd eſt penitentia niſi medicia. Et ſci
mus ꝙ in ſanandis vulneribꝰ carnis niſi
congruũ adhibeatur remedium doloꝛ ne
quaq̃m ſequitur effectus curatõis. Quia
ergo per ſuꝑbiam omne pctũm geritur. ne
ceſſe eſt vt per humilitatẽ omĩs penitentia
condiatur. q̃tinus inobedientiã obediẽtia
frangat. ⁊ elationis tumoꝛẽ humilitatis de
uotio pꝛemat. Conueniens eſt ergo valde
vt nos qui peccãdo deo ꝯtumaces fuimꝰ.
penitendo hominibus etiam ꝓ ſuis dei ſuppli
ces ſimus. ⁊ homo qui ad dei grãm conſer
uanda; mediatoꝛe nõ eguit. iam eam recu
perare non niſi per homine; mediatoꝛem
poſſit. Nam ⁊ hoc ſaluberrimu; eſt pecca
toꝛi vt diſcat q̃; longe peccãdo a deo receſ-
ſerit. cum ta; difficulter penitendo ad deu;
redit. qꝛ ⁊ cautioꝛ de reliq̊ efficitur. dum nõ
ſine graui laboꝛe penitenti aditus indulgẽ
tie aperitur. Gemat ergo pctoꝛ ⁊ ſuſpiret ⁊
anxius ꝓ peccato ſuo timeat et expaueſcat
ſollicitus diſcurrat. auxiliatoꝛes et inter
ceſſoꝛes querat. pꝛoſternat ſe humiliter
homini qui voluit humilr aſtare creatoꝛi
vt in hoc etiam facto quodammodo ad
deum clamet ⁊ dicat. Vide dñe ⁊ ꝯſidera ⁊
attende quid facio. Scio quidem domine
et fateoꝛ qꝛ tibi ſubijci nolle dãnabilis fuit
elatio. ſ; iam ꝓpt te coꝛam homine ꝓſterni
nõ ſit queſo deſpicabilis duotio. Magnũ

eſt quod abſtuli. nec paꝝ eſt qd reddo. O
q̃; ſuauis ⁊ iocunda dei noſtri miſeratõ. to
tum bonũ noſtꝝ ipſe in nobis operatur. ⁊
velut pater alludens filijs ſic totu; facit. vt
quaſi nihil facere videat. Ecce peccatoꝛ cõ
punctus gemit. ſuſpirat. lacrimat. confitet
reatũ ſuum. poſtulat venia;. flagitat miſe
ricoꝛdia;. ⁊ hoc totum quaſi ex homie eſſe
creditur. Sed q̊s queſo hoc facit niſi ille q̃
intus pꝛeſidet ⁊ coꝛ homĩs ad hoc faciẽdu;
mouet. Obſecro vt non ſit oneroſum ſi bꝛe
ue huius rei quoddã exẽplum ꝓpoſuero.
Pater quidam quẽdam contumacẽ filiũ
quaſi cu; magno furoꝛe expulit vt ita affli-
ctus humiliari diſceret. ſed illo in cõtuma
cia ſua perſiſtente. quadã diſcreta diſpenſa
tione conſilij a patre mater mittitur. vt nõ
quaſi a patre miſſa. ſed quaſi materna per
ſe pietate ducta veniens muliebꝛi lenitate
obſtinatum demulceat. contumacẽ ad hu
militatem flectat. vehementẽ patrem iratu;
nunciet. ſe tamẽ interuenturã ſpondeat. ve
niam pꝛomittat. conſiliũ ſalutis ſuggerat.
interceſſoꝛes q̃rere ſuadeat. nõ niſi magniſ
pꝛecibꝰ prẽm placari poſſe dicat. cauſa; tñ
rei ſe ſuſcepturã aſſerat. ⁊ ad bonum finem
rem omnẽ ſe perducturã pꝛomittat. Vide-
te queſo ſi non ita veſtra cauſa agitur. pec
cantem filium deus pater q̃ſi expulit iratꝰ
cui tamẽ in pꝛopoſito bone volũtatis ſue
foꝛtaſſis nunq̃m iratꝰ fuit. Sed qa infirmi
tas hũana per ſe de lapſu ſurgere nõ valet
ad coꝛ pctõꝛis mater gr̃a mittit. ſacerdos
interceſſoꝛ q̃ritur vt deus q̃ iratus nõ fue-
rat ꝯplacet. Quid dicam? Quis ſapiẽs et
cuſtodiet hec ⁊ intelliget miſericoꝛdias dñi.
Nunqd eni ſuꝑfluo id factũ ẽ qd factũ eſt.
qꝛ deꝰ ab irato in pꝛopiciũ non mutatꝰ eſt
qui nunq̃m ſuis pꝛopicius non eſt. Abſit.
Sed neceſſe eſt ſic fieri quia aliter reatus
noſtri ſceleris non poteſt expiari. Neceſſe
eſt ergo ſic fieri. quia deus hoc etia; quod
dare deſiderat a ſe p̄cepit poſtulari. Neceſ-
ſe eſt ergo ſic fieri. qꝛ ⁊ ſi in deo ſm ꝓpoſitũ
erga nos ira nõ fuerat. in nob tñ ſm reatũ
ira manebat que cum debita ſatiſfactione
ſoluitur vt ita dicam. non deus homi. ſed

deo homo reconciliat. De peccatis autem
vtrum redeant an nō ex quo ſemel dimiſſa
ſunt. Ego interim nō aſſerendū eſſe iudico
ſed verendū. Quod tamē ſi ſit vel non ſit. q̄
iuſticia vel fiat vl' non fiat alterius tracta-
tus operam expectat. eo precipue ꝙ q̄dam
diuinaꝝ ſcripturarum teſtimonia de hac
re ambigue edita leguntur. ita etiam vt ni-
chil ex eis abſurditatis naſci videatur. que
certe non leui aut tranſitoria conſideratōe
diſcutienda ſunt.

## De eo vtrum peccata redeant postquaʒ ſemel dimiſſa fuerint. Ca. IX.

**V**Lte ſunt queſtio-
nes hominū. q̄mdiu viuit ſp que-
ritur. Qui enī querit nōdū inue-
nit qd querit. et tamen q̄rit quia amiſit qd
querit. Et ſi non amiſit q̄a forte nunquaʒ
habuit. tamen q̄ʒdiu q̄rit. ſignat ſe necduʒ
habere qd querit. Propterea q̄mdiu viui-
mus nece ſe habemus ſemper querere. q̄a
nondū totum habemꝰ qd habere debemꝰ.
Quid eſt autē hoc qd querere debemꝰ ni-
ſi veritas ⁊ bonitas que ſi perfecte habere-
mus nichil amplius q̄rere deberemꝰ. Qꝛ
ſi quid forte amplius eſſet. adijceretur etiā
ſi non q̄reretur. Querite inq̄t primum reg-
num dei ⁊ iuſticiam eius. ⁊ hec oīa adij-
cientur vobis. Regnum dei veritas eſt. iu-
ſticia eius bonitas. hec duo ſi queſieris ſic
debes. cetera omnia gratis apponentur.
Quare ergo illa q̄rere labores que gratis
habere potes? Si iſta queris ſine illis. aut
non habes. aut ſi habes vtiliter nō habes.
Si illa queris ſiñ iſtis. ⁊ illa habes ad ſalu-
tem ⁊ iſta ad vtilitatē. omnia inq̄t hec adij-
cientur vobis. Multa ſunt hec. pauca ſūt
illa. Duo eī ſunt ibi. hic plurima inueniūt
et tamen plus valent duo illa q̄ʒ oīa hc.
Noli reſpicere ad maius ſed ad meliꝰ. No-
li attendere ad aceruū ſed precium penſa.
Pauca quere vt mlta inuenias. Hec ſunt
ergo ſola que q̄rere debent homines veri-
tas ⁊ bonitas. et vtinam taʒ ſtudioſi eſſent
ad querendā bonitatem q̄ntum ad verita-
tem querendam curioſi inueniuntur. Ne-
ſcio quo pacto familiare eſt omnibus veri-
tatem querere. etiam hijs qui bonitatem
non amant. Intantū enī omnes veritatē
ſcire volunt vt nemo inueniatur qui falli ve-
lit. Multi ſine bonitate veritatem q̄runt.
ſed ſocia eſt veritatis bonitas. non venit ſi-
ne bonitate libēter veritas. aut ſi venit nō
venit de partibꝰ illis. ⁊ de regione illa vbi
ſalus eſt. Querunt homines vtrū peccata
ipſorum ad eos reuertātur poſtq̄m ſemel
dimiſſa fuerint. Scire hoc volunt et caue-
re hoc nolunt. Quare ergo hoc ſcire volūt
qui cauere hoc nolunt. niſi quia curioſitas
eos trahit cū bonitas nō delectet. Querūt
hoc ſi forte eis dicatur. q̄a ita non eſt. pen-
dent ad nuncium torporis ſui ſi forte quis
veniat qui dicat eis quod audire volunt.
Querunt quaſi veritatē. non ꝙ ament vel
ipſam veritatem q̄a non diligunt bonita-
tem. ſed verum eſſe volunt hoc qd ipſi vo-
lunt. Ideo ergo querūt ſi forte illis reſpon-
deatur quod ipſi potius audire volunt. Et
ſi forte venerit q̄s teſtis veritatis qui dicat
veritatem contra ipſorū voluntatem. non
excitantur ſed conſternantur et corruunt
mente quia non audierunt quod audire
voluerunt. idcirco ſcdm maliciaʒ illorum
veritas illis reſpondet. vel ſicut volunt vt
amplius errent. vel ſicut nolunt vt ampliꝰ
deſperent. Tamen quia et hoc ipſū queren-
dum eſt propter eos q̄ excitantur ⁊ profici-
unt de veritate. non eſt abſurduʒ ſi q̄rimꝰ.
quid etiā in hac parte conſcientia humana
ſi aliqua vt ſolet cogitatione pulſetur ſibi
debeat reſpōdere. Si ergo queritur vtruʒ
peccata que ſemel penitēti dimiſſa fuerint
ampliꝰ imputentur. Forſitan q̄ dixerit aſſe-
rendū nō eſſe h̄ ſʒ timēdū ſecuriꝰ iudicabit.
Melius eſt eiʒ aliq̄d in eiuſmodi occultis
q̄ ſine piclo ſalutis neſciri p̄nt timere q̄ʒ ali-
quid diffinire. Dicat ergo aliq̄s q̄a timen-
dū eſt hoc nō aſſerenduʒ. Ego illi qui cogi-
tationē ſuam caſtigare poteſt vt hoc ei ſuf-
ficiat hoc ſatis eſſe puto et magis forſitan
expedire vt amplius non querat. Qui vo
vrget ⁊ animo ſollicitatꝛ neq̄ʒ hic ſtare p̄ōt.



vt vltra nō pergat ad inquiſitōem. illi ſatiſ-
faciendū eē quantū fieri poteſt ſalua reue-
rentia ſecretoꝝ. Ecce ergo tu quicūq̄ʒ certꝰ
eē vis vtrū peccata tua ampliꝰ redeāt que
ſemel demiſſa fuerūt. Videamꝰ ergo et di-
ſcutiamꝰ quid te ſollicitet. peccata inq̄s mea
dimiſſa fuerunt. volo ſcire ſi amplius debe-
ant imputari. Quid ergo tibi videtur. Mihi
inquis non videtur ꝙ debeant denuo ipu-
tari peccata q̄ dimiſſa ſunt. alioq̄n mutabi-
lis videatur deꝰ q̄ non teneat ſententiā ſuā
⁊ tam facile mutet iudiciū ſuū. Quomodo
mutet? In hoc inq̄s mutet quia cum mi-
hi ꝓus peccata mea condonauit dixit. q̄a
ampliꝰ ea a me non requireret. Non enim
condonaſſet niſi hoc dixiſſet. Nunc aūt ite-
rum requirit ea et exigit ad penam a me q̄
ꝓus dimiſerat. Ideo dico q̄a ſi deꝰ dr̄ p̄ctā
que ſemel dimittit iterum imputare muta-
bilis predicatur et varians verbum ſuum
quod ſemꝑ conſtare debet. Propterea igi-
tur q̄a hoc eſſe non poteſt. videtur mihi ꝙ
peccata que ſemel a deo dimiſſa ſunt. nulla
ratōne debeant ampliꝰ imputari. Sic for-
taſſis tibi videbitur et hac ratōne cōfirma-
bis te vt non timeas periculū tuum. Sed
dic mihi modo quomodo intelligas id qd
dicis peccata tua ſibi dimitti? Si enim nō
intelligis quomodo recedūt peccata. non
intelligis quomodo redeūt. imo ſi nō itel-
ligis quomodo aſſūt. nō intelligis vel q̄uo
recedūt vel quomodo redeunt. Quid ergo
dr̄ cū dr̄ deꝰ peccata imputare? Si dr̄ quia
quando imputat peccanti iraſcitur. ergo
quando penitenti cōdonat peccata placatꝛ.
Si ergo dicimus. q̄a deꝰ aliquādo iratus
poſtea placetur. quomodo negare poteris
quin in hoc ipō mutetur? Quando ergo
imputat et quando cōdonat nō mutatiōe
ſui ſed mutatōne tui imputat et condonat.
Peccata imputat quando peccatorem di-
gnum pena iudicat. Peccata condonat
quando penitentem dignū venia iudicat.
et vtrobiq̄ʒ idē ipē eſt. Tu mutaris de alio
in aliud: modo peccator per culpaʒ. modo
iuſtus per penitentiā. Ipē nō mutatur ſed
idem permanet ſemꝑ. et ſtans in illo quod
ipē eſt. immutabiliter videt et diſcernit qd
tu variabiliter factꝰ es. ſiue de bono malus
ſiue de malo bonus. et q̄ñ te peccatorem vi-
det imputat tibi peccata tua. q̄a talem te di-
ſcernit quem digne puniat. Quando autē
penitentem te videt peccata tua condonat.
q̄a talem te diſcernit cui iuſte parcat. Hec
aūt oīa ipē imutabiliter operatur. quia ⁊
cum tu per penitentiā peccator eē deſinis
nō tamē ipē deſinit ſcire qualis fuiſti. et cū
iuſtꝰ eē incipis. nō tñ ipē incipit ſcire quod
tu eē incipis. q̄ et anteq̄ʒ iciperes ſciuit qua-
lis tu futurꝰ fuiſti. et cum deſieris eē quod
eras. nō tamē ignorat ipē qualis fuiſti. Nō
ergo ſic itelligas quaſi mutetur deꝰ cum tu
mutaris. ſed q̄a peccata tibi ꝑpterea impu-
tare dr̄. q̄a ira ſua et indignatōe dignum te
diſcernit. Eadem aūt poſtea cōdonare pec-
cata q̄ñ venia et miſericordia dignuʒ agno-
ſcit. Si igitur hoc eſt peccata imputare re-
um eē ꝑ culpam. et peccata condonari iu-
ſtum fieri ꝑ penitentiaʒ. quare peccata ad
hominē reuerti nō dicantur cuʒ ipē homo
ad peccata reuertitꝛ. Sed dicis mihi. Ego
quādo ad peccata reuertor. ita reuertor vt
ſimile aliq̄d agam illi qd ꝓus egi. nō tñ hoc
ipm̄ quod ꝓus egi. et ſi idem ago ideʒ ſimi-
litudine nō idem vnitate. idem q̄a ſimile il-
li. nō idem q̄a illud. vna ſimilitudo agendi
nō tñ actio vna. Si ergo dicor ꝑ preteritis
delictis idcirco puniri debere. q̄a poſt illa
dimiſſa ad ſimilia perpetranda redeo. ego
ſic iuſtū eē fateor ſi hoc modo pro illis pu-
niri dicor. q̄uo illa perpetrare dicor. Si aūt
ꝑpter h̄ ſolū ꝓma mala denuo agere dicor
qꝛ alia quedā ago ſimilia illis. pari modo
cū ꝑ illis puniendꝰ dicor. nō aliud intelligē-
dū ratio ſuadet q̄ʒ me puniendū eē ꝑ his q̄
ſimilia poſtea ꝓoribꝰ perpetraui. Nō autē
h̄ in queſtione erat. ſed vtruʒ videlicet poſt
ꝓoris delicti indulgentiā ſi ipm̄ delictū re-
petitꝛ. illa que dimiſſa fuerat culpa ad ſubſe-
quentē reuertēte reatꝰ duplicetur? Verbi
gratia. Quidā ꝑ homicidio ꝑpetrato ex to-
to corde penitentiā egit. et indulgentiā con-
ſecutus eſt. contigit poſtea vt homicidium
ꝑpetraret. Ecce homo iſte duo homicidia

fecit. vel potiꝰ homicidiū bis. ſic eni ꝯuenien-
tius et expreſſiꝰ ſm ꝓꝓetatem locutōnis đr.
Unū enim quoddā malū homicidium eſt
ſicut adulteriū eſt et furtū et fornicatio ſin-
gula mala ſunt. quēadmodū caritas et pa-
tientia et humilitas et caſtitas ſingule vir-
tutes ſūt. et qui duos hoīes diligit nō dua-
bus dilectōibus diligit. ſed vna caritate et
vna dilectione. Sic ergo homo iſte bis ho
micidiū fecit. pmo qn̄ indulgentiā peniten
do obtinuit. ſecūdo qn̄ poſt indulgentiam
acceptam iterū homicidiū fecit. Mortuus
eſt aūt homo iſte poſtea ſine penitentia et
damnatꝰ pro peccatis ſuis. Queritur ergo
de hoc homine ſi debeat puniri pro illo ho
micidio pro quo penitentiā egit ⁊ indulgē-
tiam accepit Et ſi hoc đr. qua iuſticia ħ fiat
nō videt̄. ſi punitur ꝓ eo ꝙ peccauit et non
emendauit. iuſticia eſt manifeſta. Si autē
iterū requirit̄ quod fuerat condonatū. aut
iniuſticia vera. aut iuſticia occulta. In hoc
ergo demonſtrari oportet qua iuſticia hō
pro eo qđ iam dimiſſū fuerat iteruꝫ puniat̄
Sic fortaſſis pro hac parte obijciendū tibi
videat̄. Dic ergo nūc. Iuſtum tibi videtur
vt ꝓpter ſubſequenteꝫ penitentiam p̄cedēs
culpa q̄ imputabat̄ condonet̄. et nō ſimilit̄
ꝓpter ſubſequentē culpā illa que fuerat di
miſſa precedens culpa iteruꝫ imputet̄. Si
ſubiuncta virtuſ plagā peccati hiantē clau
dit. ſubiūcta culpa plagā clauſā nō aperit?
Si bona opera viuentia ꝑ culpam moriū-
tur. et ꝑ iuſticiā iterū mortua viuificantur.
quare ſimiliter opa mala q̄ ꝑ v̓tutē excuſā-
tur ꝑ culpā iterū non imputāt? Uis vt pe-
nitentia tantū valeat vt q̄ iputabant̄ cōdo-
nēt̄. ⁊ nō vis vt tantū valeat culpa vt q̄ ꝯdo
nabāt imputent̄. Penitētia ſequens potu
it p̄cedentē culpā excuſare vt nō noceat ali-
quando fuiſſe imputatā. et ſequens culpa
non poteſt p̄cedentē penitentiaꝫ euacuare
vt non proſit aliqn̄ fuiſſe laudatā? Si ſen-
tencia tuo iudicio conſtare poterit. magis
cōmodum queres q̄ꝫ iuſtū. Maledictꝰ hō
q̄ partem ſuā deteriorē facit. ideo partē tuā
facis bonā. qa et iudicas bene ꝓ parte tua.
Fortaſſis bene eſſet tibi ſi ſententia veritatiſ
iudiciū tuū ſequeret̄. nunq̄ꝫ te iudice dāna
reris. Sed timeo ne forte dum tu aliud vis
q̄ꝫ veritas. aliud veritas faciat q̄ꝫ tu velis.
Magis ei veritatē implere oportet q̄ꝫ tuā
voluntatē. Tu dicis qa q̄d ꝯdonatū ē iterū
iputari nō debet. ergo ſilr̄ q̄d imputatum
eſt condonari nō debet. iterum ſi q̄d cōdo
natum eſt iterū imputari nō debet. Si pe-
nitentia placet qa facit vt imputata condo
netur malicia. cōtēptꝰ qꝛ diſplicet non ſi-
militer facit vt condonata iputent̄. Si hu-
militas penitentie dignū te facit vt pro his
etiam q̄ imputabant̄ non puniaris. cōtem-
ptus et tranſgreſſio culpe dignū non facit
vt ꝓ his etiam q̄ condonabant̄ ad penam
exigaris? Nonne attendis qꝛ quanto ſepi-
us gratia datur. tāto nequior ingratitudo
iudicatur. Ecce duo ſunt vnus ſepius offē-
dit et ſepiꝰ oranti et depcanti venia indul-
getur. Alter innocenter viuens et ſempꝫ vo
luntati et imperio p̄ſidentis dn̄i hūilit̄ obe
diens non habet ꝓ quo depcetur. Cōtingit
aūt poſtea q̄d contingere poteſt vt vterq̄ꝫ
in ſimili culpa offendat. Dic ergo q̄s horū
ampliꝰ reus iudicat̄. niſi ille qui poſt tantā
gratiam ingratus cōprobatur. Leges ſe-
cunda crimina grauiꝰ plectunt. et iterata
vulnera difficiliꝰ ad ſanitatem reducūtur.
Et tu dicis qꝛ nihil intereſt ad reatum ſub
ſequentium. qualis aut quanta p̄cedentia
fuerunt. Si mala pma q̄ ꝑ poſteriora bo-
na excuſata fuerant. ꝑ ſubſequentia iteruꝫ
mala nō viuificant̄ ad reatum. ergo pma
bona q̄ ꝑ poſteriora mala mortificata fue-
rant ꝑ ſubſequentia iterū bona non viuifi
cantur ad meritum. Recte iudicate filij ho
minū. Si aliter iudicas ꝓ te. aliter cōtra te.
iuſtus iudex non es. tantum iuſticiaꝫ dili-
gere debes vt nec teipm̄ contra ipam dili-
gas. Litteratores ſūt q̄ cauſas transformāt
et mutant veritatem ꝓpter cōmoditatem.
tales iuſticia non ꝓbat. Dn̄e inq̄t non co-
gnoui litteraturam in. i. p. d. d. m. i. t. ſ. hoc ē
iudiciū ſolum in quo ſola iuſticia ita atten
ditur vt nihil iuſticie p̄ponat̄. Iuſtuꝫ ergo
iudiciū iudica ſi vis vt bona tua iam p̄deꝫ
per culpam mortua iterum ꝑ iuſticiam vi-



uificent̄. Noli iraſci neq̄ꝫ iniuriaꝫ tibi fieri
putes. ſi mala tua iam pridem per peniten-
tiam excuſata iterum propter maliciā tuaꝫ
tibi imputent̄. Sed deꝰ inq̄s dixit de maliſ
meis qn̄ penitentiā egi ꝙ ea mihi amplius
nō imputaret. ſimiliter et deꝰ dixit de boniſ
tuis qn̄ peccaſti ꝙ nō ampliꝰ ea remunera-
ret. Si ergo ꝓpter dictum dei ſtare debꝫ vt
illa ampliꝰ nō imputent̄. quare ſimilit̄ v̓bū
dei ſtare nō debet vt iſta ampliꝰ non remu
nerent̄. pro cōmodo tuo vis vt deꝰ mentia-
tur. Ubi aūt te ledi ſentis pro veritate ipſiꝰ
ꝯſeruandā laboras. Quare ergo hoc facis
niſi qꝛ ꝑuerſe te diligis et deū non diligis.
Ipe aūt recte diligit veritatem ſuā et iuſte
damnat prauitatē tuā. qa tn̄ de dicto dei ar
gumentum ſumere putas. et eiꝰ ſponſionē
p̄tendis ad defendendā iniquitatem tuam
ipe tibi reſpondeat quātū cōſidere debeas
cū male agis in eo ꝙ p̄us penitēti veniaꝫ ꝓ
miſit. Et ſimiliter ſi bene agis vtrum ideo
deſperare debeas pro eo ꝙ p̄us male agēti
mortem et perditionē intendit. Dn̄s ꝑ pro
phetā loquit̄ dicens. Tu fili hoīs dic ad
filios ꝓpl̄i tui. Iuſticia iuſti nō liberabit eū
in quacūq̄ꝫ die peccauerit. et impietas im-
pij nō nocebit ei in quacūq̄ꝫ die conuerſus
fuerit ab impietate ſua. et iuſtus nō poterit
viuere in iuſticia ſua in quacūq̄ꝫ die pecca
uerit. Etiam ſi dixero iuſto ꝙ vita viuat. ⁊
confiſus in iuſticia ſua fecerit iniquitateꝫ.
omēs iuſticie eiꝰ obliuioni tradent̄. ⁊ in ini-
quitate ſua quam operatꝰ eſt in ipa morie
tur. Si aūt dixero impio morte morieris.
et egerit penitentiaꝫ de peccato ſuo. fecerit-
q̄ꝫ iudiciū et iuſticiā. pignꝰ reſtituerit impi
us ille. rapināq̄ꝫ reddiderit. in mādatis vi-
te ambulauerit nec fecerit quicq̄ꝫ iniuſtuꝫ
vita viuet. et nō morieт̄. Omīa pctā q̄ pecca
uit nō imputabūtur ei. iudiciū et iuſticiam
fecit vita viuet. Et dixerūt filij ꝓpl̄i tui. Nō
eſt equi ponderis via dn̄i. et impioꝝ via in
iuſta eſt. Uide ergo qa idcirco p̄ſumendū
tibi nō eſt ſi peccaueris qꝛ p̄us penitēti ve-
nia ꝓmittebat̄. neq̄ꝫ ideo deſperandū ſi bn̄
egeris qa peccanti mors et damnatio intē-
tabat̄. deꝰ tibi de tuo reſpōdet nō d̓ ſuo me-
ritū tuū tibi idicat. ꝯſiliū ſuū n̄ reuelat. ma
le agēti dicit morieris. bene agenti dicit vi-
ta viues. Quid eſt dicere morieris. niſi dā-
naberis. et q̄d eſt dicere viues. niſi ſaluabe-
ris. Quid aūt eſt dicere dānaberis. niſi di-
gnū damnatōe iudicare. et q̄d eſt dicere ſal
uaberis. niſi ſaluatōe dignū diſcernere. Di
cit ergo tibi q̄d tuū eſt q̄d tibi debet̄. q̄d fu-
turū eſt quantū ad meritū tuū. nō q̄ntū ad
ꝯſilium ſuū. Hoc eſt eni iuſtum vt de tuo
tibi reſpondeat et hoc tibi ꝓponat q̄d ad te
ꝑtinere videtur. ſic niniuitis ſm ipoꝝ meri
tum nō ſm cōſilium ſuum mādauit dicēs
Adhuc quadragita dies et niniue ſubuer-
tetur. ſic eni meritū illoꝝ requirebat ⁊ ita fu
turū fuit ſm meritū illoꝝ. Ad ħ ſpectabat ⁊
illud etiā q̄d dictū eſt Ezechie. Diſpone do
mui tue qꝛ morieris tu et nō viues. Ita eni
quātum ad ipm̄ futurū fuit. et vt ita futuꝝ
eſſet exigebat q̄d in ipſo fuit. Talis eni erat
infirmitas illiꝰ vt ampliꝰ viuere nō poſſet.
niſi aliunde iuuaret̄ et aliunde acciperet vt
poſſet. ergo quātum ad illos ꝑtinebat futu
rum fuit q̄d dicebatur. q̄ꝫuis dilatum atq̄ꝫ
aliter ſit diſpenſatum ab illo a q̄ dicebatur.
Sic ergo cum tibi peccāti đr morte morie-
ris. meritū tuū exp̄mitur. ſicut cū tibi bene
agenti đr viues. debitū tuū nūciat̄. Et ſi qn̄
dictū mutari videt̄ nō ꝓpter dicētem muta
tur. ſed ꝓpter te ꝓ q̄ đr. qa tu mutaris et idē
nō ꝑmanes. neq̄ꝫ mereris vt idem tibi ſꝑ di
catur. Noli ergo ꝓpter dictuꝫ dei ꝯfidere ſi
male egeris. qa cū tu mutaris ad illuꝫ mu-
tatur ad te dictuꝫ illiꝰ. Etiam inq̄t ſi dixero
iuſto. qa vita viuet et ꝯfiſus in iuſticia ſua
fecerit iniquitateꝫ. omnes iuſticie illiꝰ obli-
uioni tradēt. Si omēs iuſticie illiꝰ obliuio
ni tradent̄. ergo et penitētia eiꝰ ⁊ humilitas
eiꝰ et cetera q̄ operatus eſt bona obliuioni
tradent̄. Si aūt penitētia obliuioni tradit̄
culpa vnde excuſat̄? ergo ſi penitētia delet̄
culpa q̄ ꝓpter penitentiam dimiſſa fuerat
iterū neceſſe eſt renaſcatur. et merito q̄ poſt
acceptaꝫ grām ingratꝰ extitit cū illo gratia
ipa nō ꝑmāſit. ſed mutata eſt ab ipo. quo-
niā ipe ad illā noluit idem eē. Uide q̄d tibi
euangeliū dicit de ſeruo nequā et ingrato

cui roganti omne debitū a dño ſuo dimiſ-
ſum fuerat.ſꝫ qꝛ ille.erga ꝯſeruū ſuū miſeri-
coꝛdiam habere noluit.rurſū ab eo p̲ diſtri-
ctionē iuſticie exigit̄.q̄cquid p̲ plenitatē gra-
tie dimiſſum fuit.Recte igit̄ dictū ē.qꝛ cum
peccantibꝰ in nos debita ſua dimittere no-
lumꝰ iure iterū exigit̄ id etiā q̄d nobis eē di
miſſū gaudebamꝰ.Et merito. Qꝫ ei pecca-
toꝛi culpa dimittebat̄ grā fuit nō debitum.
q̄ ſi ſponte grām collatam abijcit iuſtū pro
fecto eſt vt illi grāꝫ accepiſſe nō proſit. Sꝫ
dicis mihi.Si poſt penitentiā factā peccā
ti iterū p̄oꝛa denuo peccata imputant̄ vbi
eſt q̄d d̄r.qꝛ nullum bonū irremuneratum
eſſe poteſt? Ecce bonū quoddaꝫ hic eſt.pe-
nitentia ſcꝫ hoīs huiꝰ q̄ bona fuit q̄ꝫdiu ve-
ra fuit.et nō habet bonū iſtud remunera-
tionē aliquam.q̄a imputant̄ homini huic
peccata ſua.quaſi nunq̄ꝫ penitentiā egiſſet
aut penitētia illa bona n̄ fuit.aut ſi bona fu
it oſtende remunerationē eiꝰ.Quid ergo?
Nonne tibi magna remuneratio eſſe vide
tur peccati remiſſio? Iſte qn̄ penitētiā egit.
dimiſſum eſt ei peccatū ſuū.q̄ꝫdiu penituit
peccatū ſuū nō imputabat̄ illi.q̄ꝫdiu meri-
tum fuit p̄miū p̲manſit.Volebas tu hanc
libertatē dari hoībꝰ vt cum meritum dediſ
ſent et p̄mium accepiſſent.qn̄ rurſuꝫ place
ret eis meritum tollerent et p̄mium retine
rent? Non eſſet equa cōmutatio iſta.iniq̄
ageres aduerſus deū.ſi ſic tuū dares ⁊ ſuū
acciperes vt iterū tuū tolleres et ſuum reti-
neres.ſi tuum dediſti ſuū accepiſti.ſi tuuꝫ
recipis ip̄e q̄d ſuum eſt habere vult.nunq̄d
tibi nō ita videt̄? Foꝛtaſſis dicis quia non
eſt equa via dñi.et ſenties ꝯtra pietatē dñi.
q̄a nō itelligis veritatē.quō inq̄s ſtabit q̄d
ſcp̄tum eſt.Non iudicabit deꝰ bis i idip̄m
ſi ea q̄ dimiſſa fuerāt iterū ad penā requi-
rāt? Audi quō.Bis in idip̄m deꝰ nō iudi-
cat.q̄a peccatū q̄d p̲ condignā ſatiſfactōem
deletum oſtendit̄ ab eo nullatenꝰ ad penā
reputatur.Sed hoc inq̄s q̄d p̲ ſatiſfactiōeꝫ
deletum fuit.iterū ad penam requirit̄.Ido
requirit̄ q̄a ſatiſfactio iam nō eſt aliq̄ q̄ ad
excuſationē illiꝰ opponat̄. Quādiu ſatiſfa-
ctio p̲manſit.p̲manſit remiſſio et nō punie-
batur poſtq̄ꝫ ſemel dimiſſum fuerat.Ceſſa-
uit aūt ſatiſfactio qn̄ iterata eſt malicia.q̄a
⁊ hoc ad ſatiſfactōneꝫ p̲tinebat vt facta coꝛ
rigerentur et coꝛrecta non iterarent̄.Poſt
q̄ꝫ ergo culpa rediit iam quodāmodo id-
ipſum nō fuit.qꝛ bis in reatu cepit eſſe pec
catū vnum.Quia aūt culpa reuerſa eſt.re-
uerſa eſt et pena.que profecto repetita non
fuiſſet ſi culpa reuerſa nō fuiſſet.Quando
venit culpa ſecuta eſt ⁊ pena.Quando coꝛ
recta eſt culpa ſubtracta eſt et pena.Quā-
do reuerſa eſt culpa reuerſa ē ⁊ pena.Vnū
contra vnum.et duo contra duo.non vnū
contra duo.nec duo contra vnum.hoc eſt
iuſticia.Quantū ponitur tantum reponi-
tur.Quid tibi videtur? Reſponde ſi potes
Si autem reſpondere non potes.noli con-
tendere ſed depꝛecare.Non tibi expedit vt
intres in iudicium cū deo.Quere ergo mi
ſericoꝛdiam vt iuſticiam poꝛtare poſſis.

## Pars quindecima.
## De vnctione infirmoꝛum.
### Capitulum pꝛimum.

t Ria ſunt ge-
nera olei ſancti.Pꝛimū
eſt oleū vnctionis.Secū
dum eſt oleuꝫ p̄ncipalis
criſmatis.Tertiuꝫ eſt q̄d
dicitur oleum infirmoꝝ
Criſma grece vnctio latine dicitur.⁊ tamen
cum omne oleū ad vnctionē faciendam ſā
ctificetur.non omne oleum p̄ncipalis criſ-
matis vocatur.niſi illud ſolum quo p̄nci-
palis vnctio perficitur.quod etiam ſingu-
lariter criſma vocatur.Criſma enī eſt oleū
cum balſamo mixtum.quo vnguntur ca-
pita regum et pontificum.quo etiā bapti-
ſatos ſacerdos vngit in vertice.ſicut eo-
dem pontifex per impoſitionē manus con
firmandos vngit in fronte.Hoc itaqꝫ oleū
cum balſamo mixtum criſma vocatur.ſiue
oleum pꝛincipalis vnctionis.Hec enī vn-
ctio que criſmate fit p̄ncipalis vnctio dicit̄
quia in ea p̄ncipaliter paraclitus dat̄.vnde



et pꝛopter abundantiā gratie duos liquo-
res mixtos habet.oleū ſcꝫ et balſamū.oleuꝫ
conſcientie.balſamū fame. Oleū quo itus
conſcientia perūgitur.Balſamū cuiꝰ odo-
re foꝛis pꝛoximi reſperguntur. Oleū intus
ad pacem cū deo.Balſamū foꝛis ad exem-
plū cū pꝛoximo. Eſt aliud oleū quod dicit̄
oleū vnctionis.quo cathecumini ⁊ neophi
ti vnguntur in pectoꝛe et inter ſcapulas ad
ſacramentū baptiſmi percipiendū.Tertiū
genus eſt olei quod dicitur oleū infirmoꝝ
quod ad pꝛeſens ſacramentū pertinet.

## Quando et a quo inſtituta eſt vnctio infirmoꝛum.
### Capitulum.II.

ſ Acramentum un-
ctionis infirmoꝝ ab apoſtolis ī
ſtitutū eſſe legitur.Iacobus eniꝫ
apoſtolus in epiſtola ſua ſcribens ſic ait.
Infirmatur quis in vobis inducat pꝛeſby-
teros eccleſie vt oꝛent pꝛo eo vngentes eum
oleo ſacro.⁊ ſi in peccatis eſt dimittentur ei
et oꝛatio ſaluabit infirmū.In quo oſtendi
tur duplici ex cauſa ſacramentuꝫ hoc inſti-
tutū.et ad peccatoꝝ ſcꝫ remiſſionē et ad coꝛ
poꝛalis infirmitatis alleuiationē.vnde con
ſtat q̄ qui hanc vnctionē fideliter ⁊ deuote
percipit per eā ſine dubio et in coꝛpoꝛe et ī
anima alleuiationē et conſolationē accipe-
re meretur.ſi tamen expedit vt in vtroqꝫ al
leuietur. Quod ſi foꝛte ad coꝛpoꝛis ſanita-
tē et valitudinem illi non expedit.illam pro
culdubio que anime eſt ſanitateꝫ et alleuia
tionem in huius vnctionis perceptōne ac-
quirit.

## De eo ſi iterari poſſit hoc ſacramentum.
### Capitulum.III.

q Verunt quidam
ſi vnctio infirmoꝛuꝫ iterari poſſit
cum baptiſmus et confirmatio ⁊
alia quedam ſacramenta ſemel ſuſcepta de
nuo non iterentur.Sed mihi interim ratio
nulla occurrit quare conuenienter iterari
non poſſit hoc ſacramentū.Qui enī bapti-
ſatur ideo baptiſatur vt chꝛiſtianꝰ fiat.Qui
autē ſemel chꝛiſtianus factus eſt.amplius
chꝛiſtianꝰ non eſſe non poteſt etiā ſi malus
fiat.quia et chꝛiſtianus malus eſſe poteſt:
nec tamen chꝛiſtianus eſſe deſinit etiā ſi bo-
nus eē deſinit.Pꝛopterea qui ſemel bapti
ſatus eſt.denuo non baptiſatur etiam ſi d̄
malo ad bonū conuertatur.Qui aūt oleo
vngitur ideo vngitur vt ei peccata dimittā
tur et infirmitas alleuietur. Sed qui iuſti
ficatur poteſt iteruꝫ peccare.et qui ſanatuꝛ
poteſt iterū egrotare.Qui aūt chꝛiſtianus
efficitur.quia quod habet ſacramentuꝫ no
minis perdere non poteſt.recipere non po
teſt. Non ſic eſt ſacramentum vnctionis.
Spiritualis eſt quedam medicina.coꝛpo
ris et anime languoꝛes mitigans ⁊ ſanās.
Nam oleuꝫ mēbꝛa dolentia ſanat.ita oleuꝫ
ad vtrūqꝫ curandum pꝛodeſt.Si moꝛbus
non reuertitur.medicina non iteretur.Si
autem moꝛbus non poteſt cohiberi quaꝛe
debet medicina pꝛohiberi.Si vnctio itera
ri nō poteſt.nec oꝛatio iterari poteſt.Vtra
qꝫ enim illic commemoꝛata ſunt.Oꝛent in
quit pꝛo eo vngentes eum oleo ſacro.et
ſi in peccatis eſt dimittentur ei.et oꝛatio ſal
uabit infirmum. Sed foꝛtaſſis dices quia
vnctio non pertinet niſi ad peccatoꝛum re-
miſſionē.et oꝛatio non pertinet niſi ad coꝛ
poꝛis alleuiationeꝫ.quia dictum eſt oꝛatio
ſaluabit infirmum.Verte quo libet.Si di
cis quia vnctio confert peccatoꝛum remiſ
ſionem.et oꝛatio infirmitatis alleuiationē.
ego verum eſſe confiteoꝛ.ſic tamen vt con
uerſam non neges.quia vnctio confert coꝛ
poꝛis alleuiationem.⁊ oꝛatio peccatoꝛum
remiſſionem. Vtrunqꝫ vadit ad vtrunqꝫ.
vtrunqꝫ operatur.et vtrunqꝫ vtriqꝫ coope
ratur.et vtrunqꝫ alteri cooperatur.et vnuꝫ
habet effectum vtrunqꝫ.Quod in ſacramē
to non diuiditur.in virtute ſacramenti nō
ſeparatur.tamen quia vnctio membꝛoꝛuꝫ
doloꝛem ſanat.et contra coꝛpoꝛis infirmi
tatem magis pꝛodeſſe videtur.ideo foꝛtaſ

ſis dixit. oratio ſaluabit infirmū. vt in vtroq3 vtrunq3 intelligas, et non putes vnctionem magis ad ſanitatem corporis pertinere q̃3 ad peccatorum remiſſionem. Prius anima curatur poſtea corpus ſanatur. propter corruptionem anime infirmatum eſt corpus. ideo ad ſanitatem corporis obtinenda3 prius curanda eſt anima. et ſi forte corpus ad priſtinam ſanitatem non conualeſcit nihil periculi eſt. ſi tamen anima ſuam ſanitatem receperit. Quare ergo negetur ꝙ vnctionis ſacramentum ſuper infirmum iterari poſſit ad reparandam ſepius ſanitatem et ad impetrandam ſepius peccatorum remiſſionem. cum negari nō poſſit pro eadem corporis ſanitate. et ſimiliter pro peccatoru3 remiſſione ſepius iterandā eſſe orationem? Et vt in ſacramentis ide3 demonſtremus. quis dicat homine3 aqua aſperſionis ſemel illuſtratū amplius aſpergi non poſſe? et quod maius eſt ſacramento corporis et ſanguinis chriſti ſemel percepto amplius illud non debere ſuſcipere? Sed ſi forte ad hoc reſpondendum exiſtimes. quia corpus ſemel conſecratū denuo in eodem ſacramento non benedicitur. neq3 aque aſperſionis bñdictio ſepiꝰ in eadē aqua reiteratur. Vide quia ſimiliter idem oleum poſt vnam conſecratione3. alia rurſu3 benedictione aut conſecratione nō ſanctificatur. Et tamen ſicut ille qui corporis chriſti ſacramentum iam percepit. nequaqua3 tamen idcirco a percipiendo iterum eo prohibetur. ſic et qui vnctionis ſacramentum accepit ſi neceſſe fuerit. et cauſa ſiue deuotio expoſtulet vt illud iterum percipiat. rationabiliter non contradicitur.

Pars Sedecima.
De Morientibus.
Capitulum primum.

ſ Criptura dicit. Beati mortui qui in domino moriuntur. In domino moriuntur qui in carne quidem morientes. in domino tamen viuentes inueniuntur. Quid eſt in domino? in fide et ſpe et caritate. Per iſta enī viuit in illa vita qua viuitur in dño. Eſt queda3 vita qua corpus viuit ex anima. et eſt quedam vita qua aīa viuit ex deo. Nunc quidem fide ſpe et dilectione. Poſtea vō pro fide ſpe et contemplatione remanente dilectione. Non igitur nocere poteſt anime ſi corpus vitam ſuam perdit quando ipa vitam ſua3 in fide et ſpe et caritate perſiſtens non amittit. Nemo igitur mihi dicat qui paruam fidem et ſpem paruam et paruam caritate3 habent non ſaluantur. Ego non menſuro. creſcant quantum volunt. quanto maiores tanto meliores. tamē ego illos condemnare non audeo. quantūuis parui ſint. Ex quo nati ſunt ex deo filij ſunt dei. putas quia magnos filios ſuos deus ſaluabit. et paruos condemnabit? Scriptura mihi dicit. Imperfectum meū viderunt oculi tui. et in libro tuo oēs ſcribent. Si oēs ergo et magni et parui. Quid eſt oculi tui viderunt? approbauerunt. Quid eſt ī libro ſcribentur? ſaluabuntur. Ergo imperfecti quoq3 ſaluabuntur. Qui enim imperfecti ſunt aliquid ſunt. et aliqui ſunt. et in numero ponuntur et ſcribuntur. Qui nihil ſūt nulli ſunt. nec ſcribi aut numerari poſſunt qui nihil ſunt. Ergo omni habenti dabitur et abundabit. Omni habenti meritum. dabitur premiu3. Non dixit. habenti magnū meritum. dabitur premium. et paruu3 meritum habenti non dabitur. ſed omni inq̄t habenti dabitur et abundabit. ergo etiam ille qui paruum meritum habet cū p̄miu3 acceperit ſatis habebit. q̄3uis non tantū habebit quantum ille qui magnum meritu3 habebit. Solus iſte excluditur a percipiendo premia qui nihil habet de merito. Omnes ergo qui in domino moriuntur beati ſunt. quia poſt meritum virtutis perueniunt ad premium beatitudinis.

De exitu animarum.
Capitulum. II.

m Ulta queri poſſunt. ſi tamen omnia queri debent que queri poſſunt. Querūt homines de exitu animarum a corporibꝰ qualiter exeant. et quo exeuntes pergant. vel cum peruenerint quo pergunt. quid inueniant. vel quid percipiant aut ſuſtineāt? Sed hec omnia magis timenda ſunt q̄m querenda. Ideo quippe abſcondita ſunt ne querantur aut inueniantur ſed timeantur. Quis enim ſecurus eſſe poteſt in incertu3 pergens? Hoc autem ſolum incertum eſſe non debet. quia bonam vitam mala mors ſequi non poteſt. Mala enim mors nō eſt niſi ea ſola quam mala ſequuntur. Qui ergo bene mori vult bene viuat. quoniam ea que poſt mortem veniunt contra ea diſponuntur et ſcđm ea retribuuntur que ante mortem in vita precedunt. Uſq3 ad mortem meritum eſt. poſt mortem vero premium. Mors media eſt in qua dies domini incipit. dies hominis finem accipit. In die ſuo homo ſibi relinquitur. vt quod vult operetur. In die vero domini iā in poteſtate ſua non eſt homo. ſed in illius poteſtate ad quem venit vt remuneretur. Propterea ad hominem pertinet. vt id ſolu3 quod ſibi commiſſum eſt bene diſponere ſtudeat. illud vero quod non commiſſum ſ3 promiſſum ſibi eſt. illius arbitrio a quo illud impleri oportet relinquat. Multi querunt de exitu animarum quomodo a corporibus egrediātur anime ſiue ſcilicet hoc modo vt eſſentialiter et localiter foras egrediantur vt extra eſſe incipiant quaſi excluſe. ſiue hoc ſolum illis egredi ſit ꝙ ſe a viuificatione corporum retrahunt. et quaſi ſe ad ſe colligentes a vegetatione corporum ceſſant vt in ſemetipſis ſubſiſtāt? Verbi gratia. Quando flatus iſte corporeus ſpiratur. egreditur a corpore et incipit eſſentialiter atq3 localiter extra corpus eſſe qui prius eſſentialiter at3 localiter īra corpꝰ continebatur. Quando vero cortex areſcere incipit in arbore exit humor ab illo et contrahitur ad interiora. neq3 foras egreditur vt extra ſit ſed interius remanet in eo ꝙ intus eſt ſiue in ligno ſiue in medulla vt in cortice ipſo non ſit. tamen omnino non exit a cortice vt in cortice iam nō ſit. neq3 exit q̄i ad exteriora effuſus. ſ3 exit quaſi ad interiora collectꝰ. et ſi forte humor rurſum ab interiori ſuo p̄deat vt ſe iterū effundat in corticē rurſū reuireſcit cortex ille. quoniā humor ī ipſo eſt vita eiꝰ. Sic querūt de anima q̄n exit a corpore vtrū h̄ ſolū illi exire ſit ꝙ ſe retrahit ad ſe a viuificatōe corpis. et in hoc ipō iam in corpe nō eſt ꝙ corpꝰ viuificare ceſſat. In h̄ ei videt q̄ iā q̄dāmodo extra oē corpꝰ eſt ꝙ in ſemetipa ſola ſubſiſtēs ad corpis viuificationē effuſa non eſt. Quando vero ī corpore nō eſt nō eſt in loco. q̄a locꝰ nō eſt niſi in corpe. Quando aūt extra corpꝰ eſt et extra locū eſt. inter ipam et corpꝰ nō eſt locꝰ. et equaliter diſtat ab omni corpe. quia īter ipam et omne corpꝰ nullū eſt corpꝰ. Si vero inter ipam et omne corpꝰ nullū ē corpꝰ conſtat p̄fecto q̄a inter ipam et omē corpꝰ nullꝰ eſt locus. q̄a locus nō eſt vbi non eſt corpus. Quando igitur extra omne corpꝰ eſt quantum ad locum equaliter prope eſt omni corpori. q̄a ſi extra corpus poſita vni corpori propior et alteri remotior eſſet. īra ipam profecto et corpꝰ ſpacium eſſet. ſi ſpacium eſſet locus eſſet. ſi locꝰ eſſet corpus eēt. Si autem inter ipam et omne corpus corpus eſſet extra omne corpus corpus eſſet. quod fieri nō poteſt. Itaq3 dicūt q̄a anima neq3 p corpus a corpore recedit. neq3 p corpus ad corpus accedit. et ideo nec loco mouetur vt recedat a corpore q̄d ē in loco. nec loco mouet vt accedat ad corpꝰ q̄d ē ī loco. Inter omnē eni locum et id quod eſt ī nullo loco nullꝰ eſt locus. Propter h̄ itaq3 di-

ctum putant ꝙ ſpūs creatꝰ tꝑe quidē mouetur. qa mutabilis eſt ſed loco nō mutet. qa nec loco mouetur recedēs a corꝑe qd ē i loco. nec loco mouetur accedēs ad corpꝰ quod eſt in loco. Neqȝ eni loco mouet qn̄ recedit a loco. neqȝ iterum loco mouet qn̄ accedit ad locum. etiam quando in corpore poſita anima corpꝰ localiter mouet. ipſa tamen localiter non mouetur. Si eni idcirco localiter moueri eſtimatur. qa in corꝑe eſt quod localiter mouetur. quare nō ſimiliter ſapientia localiter moueri dicat. quia in corde eſt quod localiter mouet. Nam ſi ꝺꝫ qa per animā ipam in corde eſt ſapientia. cum aīa ipa per corpꝰ localiter motum localiter moueri ꝺꝫ. quare non etiā ꝑ ipā animā localiter motam ſapientia q̄ in ipſa anima eſt localiter moueri dicat. Si vero hec ratio non probat vt ſapientia localiter moueri dicatur cū ſit tn̄ i anima quare aīa localiter moueri dicatur. q̄uis in corꝑe ſit quod localiter moueri cernitur. Hmōi cōſideratōe probant ſpūm localiter non moueri. q̄uis in corpore ſit qd localiter moueatur. temporaliter tamen moueri quia viciſſitudini ſubiacens de alio in aliud mutat. Sed nos in occultis nimis curioſos eē nō oportet. ne forte plꝰ ꝑlumamꝰ q̄ poſſumꝰ. Que ſit via ſpiritus deꝰ nouit qui fecit eū Nos autem neqȝ ſcimus quomodo veit. neqȝ cōprehendimꝰ quomodo recedit. qn̄ flatus iſte corporeus trahitur corporalit ⁊ localiter ingreditur. Quando autē ſpirat corporaliter et localiter egreditur. ſed alia ē natura ſpiritus alia corporis. Quādo primo homini data eſt anima. inſpirauit deꝰ in faciem eiꝰ ſpiraculum vite. Et quis dicere poteſt quō inſpirauit deꝰ animā corpori viuificando? ſiue quia extra creatā ad viuificandum immiſit. ſiue quia ibidem fecit vbi poſuit et ab intus creatam in viuificationē prodire iuſſit? nec alia fuit inſpiratō q̄ ipa viuificatio? Si ergo neſcit quomō inſpiratur. quō ſciri poteſt qualiter exſpiratur? deus inſpirat. homo exſpirat. deꝰ mittit homo remittit. Qua via mittit cū accedit. eadē remittitur cum recedit. Hoc vnū ſcimus. quia recedente anima corpus moritur ⁊ ipa ſeparatio anime mors corporis eſt. Hoc nobꝭ ſufficit ſcire. quia recedit. quō recedat ex abundanti eſt ꝑſcrutari. Multis tamen exemplis didicimus in exitu animarū angeloꝝ ſiue malorū ſiue bonorum preſcientiam adeſſe qui illas pro meritis vl' ad tormenta pertrahant vel ad requiē dei ducant. ſed ⁊ animas ipas adhuc in corpore poſitas ante exitum multa aliquādo de his que futura ſunt ſuper eas ſiue ex reſpōſo conſciencie interioris ſiue per reuelationes exteriꝰ factas preſciſſe cognouimꝰ. Raptas etiam aliquando. et iterū ad corpora reductas viſiones quaſdā ⁊ reuelatōes ſibi factas narraſſe ſiue de tormentis impiorum. ſiue de gaudijs iuſtorum. ⁊ in his omnibꝰ tn̄ nihil niſi vel corꝑalem vel corporalibus ſimile recitaſſe. flumina. flāmas. pontes. naues. domos. nemora. prata. flores. homines nigros. cādidos. ⁊ cetera q̄lia in hoc mūdo videri et haberi ſolent. ⁊ vel ad gaudiū amari. vel ad tormentū timeri. ſe q̄ ſolutas a corporibꝰ manibꝰ trahi. pedibꝰ deduci. collo ſuſpendi. flagellari. precipitari. ⁊ alia hmōi que non niſi corporali nature cōuenire omino non poſſunt. Que omnia ſi illic ita viſibiliter et corporaliter eē credimꝰ preter alia que abſurda naſcuntur. et ipas vtiqȝ animas etiam a corporibus ſeparatas corpora eſſe et ad ſimilitudinem corporum membris compactas atqȝ diſtinctas confitemur. Ego quiddā quod ꝺ hac re audiui tacere non debeo. Quidā probati teſtimonij frater narrauit mihi ſe a ſuo abbate veraciter hoc affirmante audiſſe. qa cū aliquando ille ad quoſdā fratres eminus conſtitutos viſitandos pergeret in itinere vt ſolet quodā loco hoſpitiū accepit. Ubi factum tunc apud omnes eiuſdem loci habitatores celebre paucis ante diebus contigiſſe didicit. Quidam peregrinus orationis cauſa ad ſanctū Jacobum pergens in eodem loco hoſpitatus eſt. Nocte vt itinerantibus mos eſt ante diluculum ſurrexit



Egreſſus de vico in ſiluam q̄ eidem vicina erat peruenit. ibi a comitibꝰ itineris caſu vt vt ſolet diſcrimine vie diſiunctꝰ deuiare cepit. Cūqȝ longiꝰ ꝓceſſiſſet obuiū habꝫ quendam venerandi habitꝰ et vultus virum a q̄ interrogatꝰ. q̄s aut vnde eſſet vel quo pergeret. nomē. patriam. ſimul et cauſam itineris expoſuit. Ille ſeeſſe ſanctum Jacobum ad quem tenderet ꝓteſtatur. ſe iam ꝓdē oīa ſciſſe. Nūc vero quaſi beneplacito et grato veniſſe obuiam. Deuotōem laudat. bonū ꝓpoſitū cōmendat. ꝓmiū apud ſe magnū parari. nec longe eſſe iam remuneratiōem. Multis poſt hec verbis hincinde intercurrentibꝰ tandem miſerias ⁊ dolores vite huius quales aut quante ſint exponit. Omē quod hic amatur q̄ cito fugiat. et pari mō omē quod timetur vl' doletur quō ſine mora ꝑtrāſeat. Inter hec ⁊ hmōi quaſi ratōnabili ꝑſuaſione paulatim menti hominis nihil ſiniſtrum ſuſpicantis ↄtemptū vite ingerit. metū mortis tollit. poſtremo teſtatur nihil magis viro v́tutis expedire q̄ vt hic exire feſtinet. et ſi alia via non detur manu ſua fortiter mortem laceſcat. ⁊ non ꝑmittat ſe in his doloribꝰ diu teneri q̄ gaudiū ſibi paratum eſſe non dubitat. Quid multa? Deceptus fraudulenter perſuaſioni aſſenſum prebet et iniecto ferro ſemetipm iugulat. Comites eius diu per deuia queſitum tandē extinctū inueniunt. ad vicum vnde exierant cadauer exanime reportant. Et q̄ hoſpes apud quem illa nocte manſerat huius ſceleris veriſimiliter conſciꝰ videbatur eundem falſa criminatione ad penā exponunt. Ille dum innocentiā ſuā ſine cauſa periclitari cerneret. et diuinum auxiliū intima cordis deuotōne ſibi adeſſe imploraret. ecce ſubito qui mortuus fuerat ſurrexit et rem geſtam cunctis aſtantibus et mirātibus exponens innocentem abſoluit. Referebat ſe ab eodem angelo malo a quo ad interfectionē ſui ꝑſuaſus fuerat ad tormēta deductum. ſed dum duceretur quendā ſplendidum facie. ipm autem ſanctum Jacobum fuiſſe aiebat euntibus occurriſſe. eumqȝ ereptum in celum ad thronum iudicis deduxiſſe. illicqȝ precibus pro illo fuſis vt vite denuo redderetur obtinuiſſe. ibi ſe multa milia angelorum vidiſſe affirmabat. De quorum tamen ſtatu et facie interrogatus. nihil in hoc mundo eſſe dicebat ſimile illis quo illam quam in ipſis viderat qualitatem exprimere potuiſſet. niſi forte ignem aut lucem et ipſam tamen longe et valde diſſimiliter. memorem quidem ſe eē ſed exprimere nullo modo poſſe quod viderat. Hoc quidem commemorare voluimus ne mirum videatur ſi animabus a corporibus egreſſis ſigna quedam corporalibus ſimilia ad demonſtrationem ſpiritualium preſentantur. que niſi in talibus et per talia ab animabus corpore exutis viderentur. nullo modo ab eiſdem ad corpora reuerſis in corpore viuentibus et corporalia tantum ſcientibus deberentur. quāuis enim illa aliter ibi a corporibus exute videre poſſent. non tamen hoc nobis aliter narrare poſſent. et manerent ſemper occulta illa. nec eſſet quod de illis nobis a redeuntibus diceretur. niſi exeuntibus et videntibus ſcd̄m iſta monſtraretur. Utrum autem anime que hinc amplius non reuerſure exeunt ſcd̄m hūc modum illa videant aut ſentiant omnino dubium eſt. niſi quia probabilius videtur ꝙ ille que in corporibus viuentes per dilectationē rerum viſibilium corporalibus imaginationibus afficiuntur. a corporibus exeuntes in eiſdem illic imaginationibus tormenta patiuntur. Neqȝ enim omnino corporalem paſſibilitatem exeunt. quando corporalium imaginatōibꝰ ꝺlectatōis praue viſu ip̄reſſis obuolute ⁊ iuolute exeūt. Que vero hic manentes ab eiuſmodi delectationibus et cogitationū fantaſijs mundare ſe ac ſpoliare ſtuduerunt. illic poſtmodum poſtq̄ a corporibus egreſſe fuerunt penā in eis et tormēta nō ſentiunt que in hoc ipo quodāmodo impaſſibiles exiſtūt. quia nihil pena dignū ſecum ferunt.

De penis animarum.
Capitulum. III.

# Q Uidam putant

animas corporalibꝰ penis cru-
ciari non poſſe. niſi ꝑ corpora et
in corporibꝰ manētes. Quaꝓpter a corpo-
ribꝰ exutas animas nullas alias penas ſu-
ſtinere credūt niſi eas ſolū quas cōſcientia
intus accuſatrix irrogat. Sed veriſſime au-
ctoritate ſacri eloquij et catholice veritatis
teſtimonio probatur corporali et materia-
li igne animas etiam nunc ante ſuſceptōez
corpoꝝ cruciari. Si enī demonibꝰ qui ſunt
ſpūs. corꝑalis ignis ꝑparatꝰ dr. qd mirū ē.
ſi anime a corporibꝰ exute corꝑali igne cru-
cient. Sed quō inquiūt anime ſine corpo-
ribꝰ a rebus corporalibꝰ pati poſſunt. Ecce
dicamꝰ. Neſcimꝰ quō id fieri poſſit. Nūqd
ideo verū nō eſt. qa nos neſcimus quō eſt.
Tamen quid mirum eſt ſi anime extra cor-
pora patiantur. ſi leduntur dum ceduntur
indute cur non ledantur ſi cedantur exute.
Si affici poſſunt qn̄ inter ipas et illud a q̊
afficiuntur mediū eſt illud per quod affici-
untur. nōne probabile oino eſt multo ma-
gis eas affici debere. quando illi a quo af-
ficiūtur immediate ꝯiūgantur. Tn̄ h̄ vbiqꝫ
querendum nō eſt. vt q̊d credere iubemur
noſtra ſemper ratione diſcutere conemur.
Scptura ſacra magiſtra fidei noſtre h̄ no-
bis dicit. Quid amplius querimꝰ. Suſcipia-
mus nō ꝯtradicamꝰ. Beatꝰ Gregoriꝰ dic̄.
Quia in eo ardent ꝙ ſe ardentes vidēt. qd
ſibi vult putatis h̄ qd dicit. Quia aīe in eo
ipo ardent ꝙ ardorē ſuuꝫ vident. In rebus
corporalibꝰ nō eſt ita vt ardorē ſentiat qui
cūqꝫ ignē cōſpicatur. Que eſt ergo viſio il-
la aīe qua ſentit omne q̊d videt: vel ſi non
omne h̄ certe q̊d ad penam videt. An quia
ſenſus anime qn̄ ꝑ corpꝰ egreditur. ideo di-
uerſis modis percipit. q́a ꝑ diuerſa inſtru-
menta ꝑcipit. Et ob hoc quedā eminꝰ con-
ſtituta corporali ſenſu nō percipit. q́a ad ꝑ-
cipienda illa inſtrumentū corporalis ſenſꝰ
nō ſufficit. Ibi enī ſenſus deficit vbi ampli-
us inſtrumentū nō ſufficit. Propterea ſen-
ſus illi qui inſtrumenta magis ſufficientia
habent maiorēꝫ in ꝑcipiendo vim habent.

Oculus longe poſita videt. tactꝰ vero ſen-
tire non poteſt niſi immediate ꝯiuncta. Si
inſtrumentū tangendi eque vt videndi ꝑ-
ſpicax eſſet. eque tactꝰ vt viſus eminꝰ cōſti-
tuta ꝑciperet. Quid igitur. Ubi inſtrumen-
toꝝ diuerſitas nulla erit. quare non oīs
ſenſus equalis erit. vt videlicet ſit illic vide-
re q̊d tangere. tang̊e q̊d dolere. Hoc tn̄ non
niſi de illis intelligendū eſt q̄ idcirco a tor-
mentis affici poſſunt. q́a hinc exeūtes ī cor-
ruptione vicioꝝ ſecū paſſibilitatem ferunt.
Nec tn̄ q́a ſenſum anime eminꝰ affici dixi-
mus. idcirco inter penas corporales ⁊ ipaꝫ
animā quaſi aliqua locoꝝ ſpacia colloca-
mus. q́a ipa q̄ in ſui natura nulla dimēſiōe
tendit̄. vbicūqꝫ ꝑſens eſt ſenſu ꝑ ſemetipaꝫ
etiā ꝑſens eſſe probat̄. Quia enī in ipa locꝰ
non eſt. inter ipam ⁊ omnē locū nullꝰ ē lo-
cus. Hec tn̄ omia qꝛ vt dictū eſt rōne hūa-
na inueſtigari nō poſſunt. In his mentem
ſolidemꝰ que fides nō dubia probat. q́a ſcꝫ
peccatrices aīe q̄ culpā nō correxerūt ī hac
vita. penā habent poſt hanc vitā. q̄ licet q̄li-
ter ab illis ſentiat̄ a nobis nō intelligat̄. q́d
intereſt cū non ideo minꝰ ab illis ſentiat̄ q̄ꝫ-
uis a nobis non intelligat̄. Nil etenī refert
a quibꝰ rebus patiant̄ ſed quantū patiant̄.
q́a vis doloris nō in tormento ſed in ſenſu
patientis conſiſtit. Quid enī prodeſſet ſi ele-
mentoꝝ foris cruciantiū materia abeſſet. et
patientiū tn̄ dolor ꝓpterea minor nō eſſet.
vt q́d ignem ac flāmam times. niſi q́a vri ti-
mes? Si vulnera et plage non dolerēt q́s
arma aut tela timeret? Uide ergo qꝛ omia
hec a q́bꝰ dolorē ē ꝑt non timent̄. niſi ꝓpter
ipm dolorē. Tolle ſenſū doloris nō eſt q̊d ti-
meas. Poterat ergo deꝰ etiā ſine elemētis
materialibus animabus cruciandis ſen-
ſum doloris dare. ſed dignum eſt vt in eis
puniantur in quibus peccauerunt. prius
quidem ſine corporibus ſicut in ipſis per-
uerſe ſunt delectate. poſtea vero in corpori-
bus ſicut in ipſis per corpora inique ſunt
operate.

## Dē locis penarum. Capitulum. IIII.



# S Icut peccatoribꝰ

cruciandis deus ꝑparauit penas
corporales. ita etiā ad ipas penas
corporales loca corporalia diſtinxit. Quia
enī ea que foris ſūt opa eiꝰ nō ſolum inſtru-
menta ſed etiam documēta eorū eſſe debēt
que inuiſibiliter operat̄. idcirco corporali-
bus etiam locis et tormenta impioꝝ ⁊ gau-
dia iuſtoꝝ diſtinxit. Infernꝰ eſt locꝰ tormē-
toꝝ. Celū locꝰ eſt gaudioꝝ. Bene etenī locꝰ
tormentoꝝ deorſū eſt. et locꝰ gaudiorū ſur-
ſum. q́a et culpa deorſuꝫ premit. et iuſticia
ſurſum ſuſtollit. Maxima tormēta locum
in imo habent. maxima gaudia in ſummo.
Media aūt bona ⁊ mala in medio. hoc eſt
in hoc mūdo mixta ſūt. Dicitur infernꝰ in-
ferior eſſe locꝰ in imo terre damnandorum
penis ꝑparatus. de q̊ tn̄ omino certum nō
eſt in qua parte eiꝰ. id eſt. vtrū intra cōcaui-
tatem illiꝰ ſiue extrinſecꝰ in aliqua regione
ambitꝰ ipius diſpoſitꝰ ſit. q̄ꝫuis tn̄ veriſimi-
lius videat̄ infra terrā quaſi carcerē quen-
dam et velut ergaſtulū tenebrarū colloca-
tum. In hoc inferno dicunt inextinguibileꝫ
ignem. et q́ vt ſemꝑ ardeat nutrimēto non
eget. ab inicio mūdi demonibꝰ eternaliter
cruciandis ꝑparatuꝫ. in quo ſcꝫ igne etiam
homines maligni cū demonibꝰ eternaꝫ pe-
nam paſſuri ſūt. qꝛ eis in hac vita poſiti ad
culpam ꝯſenſerūt. Ad hūc infernū anime
ſceleratoꝝ a corporibꝰ egreſſe ſtatim retru-
di eſtimant̄. Sicut ecōuerſo ꝑfectoꝝ iuſto-
rū et q́ ab hac vita purgati exeunt ſine mo-
ra ad celū. vbi ſm hūanitatē ſuā ihs xp̄us
in dextera patris ſedet in gloria ꝯtinuo de-
duci credunt̄ ſicut ſcptum eſt. Ubicūqꝫ fu-
erit corpus illuc ꝯgregabunt̄ ⁊ aquile. Eſt
aūt alia pena pꝰ mortē q̄ purgatoria dr. ī q̄
hi q́ ab hac vita cū quibuſdā culpis iuſti tn̄
et ad vitā ꝑdeſtinati exiuerūt. ad tps cruci-
antur vt purgent̄. cuiꝰ locus omino deter-
minatꝰ nō eſt. niſi qꝛ multis exemplis ⁊ re-
uelatōibꝰ animarū in eiuſmodi pena poſi-
tarū ſepe numero monſtratū eſt in h̄ mun-
do exerceri illam. Et fortaſſis ꝓbabiliꝰ erit
vt in his potiſſimū locis ſingule penam ſu-

ſtinere credantur. in quibus culpam com-
miſerunt. ſicut multis ſepe documentis ꝓ-
batum eſt. Alia vero ſiqua ſunt harum pe-
narum loca non facile aſſignantur. Bea-
tus Auguſtinus ex epiſtola petri oſtendit
quomodo apoſtate angeli labentes in hu-
ius mundi ima detruſi ſunt vſqꝫ ad futurā
in die iudicij vltimam damnatōnēꝫ. Nam
quod petrus carcerem vocat caliginis in-
ferni. idem paulus tenebras appellaſſe credi-
tur dicens. Rectores tenebrarum harum
ſpiritualia nequicie in celeſtibus. Hūc au-
tem carcerem ſiue tenebras iſtas aerē iſtū
intelligimus eſſe. vnde et aeree poteſtates
dicuntur. in quo modo ipſi maligni ſpiritꝰ
ante vltimi iudicij diem et ſm aliquid liga-
ti ſunt inquantum ſcilicet conſcientia futu-
re damnationis conſtringuntur. et ſm ali-
quid ſoluti inquantum ſcilicꝫ ad temptan-
dos homines ſm moderamen diuine di-
ſpenſationis ab illis interim maximis ge-
henne tormentis laxati vacare permittun-
tur. De infernoo autem vbi ignis ille eter-
nus preparatus eſt cruciandis beatꝰ Gre-
gorius in libro dyalogoruꝫ teſtatur hoc ve-
riſimilius iudicari. vt ſicut diximus ſub ter-
ra eſſe credatur propter ſcripturam que di-
cit. Nec in celo nec in terra nec ſub terra in-
uentum qui librum ſignatum aperire po-
tuiſſet. Queri autem non inconuenienter
poteſt vtrū aīe dānandoꝝ eoꝝ ſcꝫ q́ ab im-
pijs et ſceleratiſſimis quadā ꝓuēdi menſu-
ra in malicia inferiores fuerūt egreſſe a cor-
poribꝰ ſtatim ad inferni loca rapiant̄. ſiue ī
alijs aliquibꝰ locis penalibꝰ ſm occultam
dei diſpenſationē ab illis grauioribus ge-
henne tormentis adhuc interim differātur
vt videlicet quemadmodum boni qui cū
culpis quibuſdam manſionibus detinen-
tur. vt non ſtatim ad gaudia celoꝝ aſcēdāt
ita quoqꝫ minus mali hinc dum egrediū-
tur q̄ꝫuis dānandi. quibuſdaꝫ tn̄ leuioribꝰ
penis ſm modū ſcꝫ et menſurā culparū di-
ſpoſitis nō ſtatim ad tormēta inferni deſcē-
dāt. De ꝑfectis q́ꝑpe bonis dubiū nō eſt q́n
hinc egredičtes ſtatim ad gaudia trāſeant.
ſilr ⁊ de valde malis dubiū nō ē q́n exeūtes

hinc ſine mora ad inferni tormenta deſcendant. De imperfectis quoqꝫ bonis certū ē ꝙ nūc interim quibuſdā penis vſqꝫ ad plenam videlicet purgationē a venturis gaudijs differantur. De imperfectis ſiue minꝰ malis certum non eſt vbi nūc ſint. donec in tempore vniuerſalis reſurrectōis receptis corporibus ad illa tormenta deſcendāt vbi ſemper ſint. Nam ſi idcirco ab illis differri dicūtur quia minꝰ mali ſunt. poterunt ſimilitatione non differri credi quia dānandi ſunt. Quid enim facit dilatio. vbi emendatio vel purgatio eē non poteſt? Quod tñ quia occultū omnino eſt. nequaq̄ꝫ temere diffiniendum eſt.

## De qualitate tormentoꝝ gehennalium. Capitulum. V.

**Hoc autem valde**

b dignū inquiſitione videtur vtruꝫ ſcꝫ ſolꝰ ignis cruciatibꝰ damnādorum preparatꝰ ſit. propterea ꝙ illū ſolū veritas cōmemorat dicens. Ite maledicti in ignem eternū qui paratꝰ eſt dyabolo et angelis eiꝰ. Cum eni in hac vita non ſoluꝫ ab igne ſꝫ ab alijs quoqꝫ elemētis pene ac cruciatus proueniant. quare etiaꝫ non illic in alijs elementis. ſicut et igne pene damnandoꝝ conſiſtunt. De tormentis quippe ipiorum ſcptum eſt. Tranſeunt a frigoribus niuium ad calores igniū. et iterū alibi. Vermis eoꝝ non morietur. et ignis eoꝝ non extinguetur. Nam ſi vermem quis ad ſolaꝫ cōpunctōnem conſcientie peccatricis referre velit. et ob hoc quidē ignem corporalem vermem aūt non corporalē ſed ſpūalem intelligendū putet. quid eſt q̊d alibi ſcptuꝫ ē? Vindicta carnis impij ignis et vermis. Si eni ꝓpterea ignis corporalis credit̄ q̄a vindicta carnis eſt. quare nō ſimiliter vermis corporalis dicit̄. quia ī vindictā carnis paratus cōmemorat̄? Propter hmōi nōleuiter vnū aliq̄d diffiniri poteſt. Tamen qui dixerit ꝓpterea carnis impij vindictā ī verme futurā eē et in igne. q̄a impiꝰ pro eo ꝙ in carne male vixit ⁊ in carne cruciabit̄ ꝑ ignē et in ſpū per vermem conſcientie ſane ītelliget. et vermem nō moriturū in eterno cruciatu ꝯſcientie. et ignem nō extinguendū in carne. Sed quō illa frigora niuiū ⁊ calores igniū interꝑtabimur ad que cruciandi impij alternatim tranſire dicūtur. An forte hoc de illa tantū pena intelligendū eſt. qua nūc in ſpū ante vltimi iudicij dieꝫ cruciātur. vt videlicet ꝑ varietatē tormētoꝝ ad illā vnā et ſummā penā tranſeant. in qua ſicut interminabiliter. ita etiā inuariabiliter ſubſiſtāt. Vltima quippe damnandoꝝ pena ſic cunctis penis maior eē non inconuenient̄ creditur. ita quoqꝫ in eo ꝙ ceteris omnibꝰ acriꝰ eſt et vehementiꝰ excrucians tormentū eē nō irrationabiliter putatur. Quod propterea fortaſſis ſolum erit vt ſemꝑ ſummū eē poſſit. quia quicq̄d pro illo mutaret̄ de illo minueret̄. Quidaꝫ tñ fuerunt q̄ ſicut dictum eſt tormenta gehenne ſpūaliter tātū et nō corporaliter intelligenda putauerūt. ꝓpterea ꝙ quedam verba ſcpturarū quaſi idem aſſerentia inuenerūt. Dicūt eī quedā ſcpture. q̄a ſubſtantia inferoꝝ ſpūalis ē nō corporalis. et ſi ſtridores dentiū ⁊ fletꝰ oculoꝝ ſpūaliter intelligi oportet. flāmas q̊ꝫ et tormenta non corporalia ſed ſpūalia cogitanda. Eiuſmodi ambiguitatibꝰ verboruꝫ fluctuant q̄ nō ſunt radicati in fide. Quid eni neceſſe fuit ꝓpterea tormenta gehenne ſpūalia tantū credere. q̄a ſubſtantia inferorum ſpūalis ⁊ nō corporalis dicta ē. Quid ſunt enim inferi niſi ſpūs maligni q̄ a ſummis ad infima et per culpam lapſi ſūt. ⁊ per penā depreſſi? Quoꝝ nimiꝝ ſubſtātia etiā poſt culpā nō corporalis ſed ſpūalis eē creditur. q̄a licet in eis voluntas ꝑ maliciā ad aliud mutata ſit. natura tñ et poſt eadē permanſit. Animarū q̊ꝫ nūc in inferis damnatoꝝ ſubſtantia nō corporalis ſed ſpiritualiſ recte perhibet̄. q̄a nūc a corporibꝰ abſolute in ſola ſpūali natura illic in tormentis detinentur. et idcirco ꝙ de ipis in ſcptura ſacra ſm naturā rerū corpaliū cōmemorat̄. merito nō corpaliter ſed ſpūaliter intelligendū creditur. Nam ſi id quod ipē ſūt nō corpꝰ ſed ſpūs eſt. q̊d in ipis eſt nō corporale ſed ſpirituale intelligendum eſt. In hunc ergo modū veraciter inferoꝝ ſubſtantia ſpiritualis et non corporalis eſtimatur. Sed et illud q̊ꝫ q̊d dr. q̄a ſi fletus et ſtridores dētiū ſpūaliter accipimꝰ. flāmas q̊ꝫ tormentorū in ipis nō corporales ſed ſpūales credere debemꝰ. ſic ſane intelligi poteſt. ſi cruciatuſ animarū q̄ ex flāmis corporalibꝰ generari credunt̄. nō corporaliter. id eſt. mediantibꝰ corporibus in ipis fieri intelligātur. Multa ſunt alia que vel ambigue dicta ſunt. vel ambigue dici poſſunt. Sed aliud eſt reruꝫ veritas. aliud verboruꝫ varietas. neqꝫ nos oportet propter multitudinē dicendi a ſimplicitate credēdi deuiare. Dicit auguſtinꝰ in encheridion. q̄a tempꝰ quod inter hoīs mortem et vltimā reſurrectōnem poſitum eſt animas abditis receptaculis continet ſicut vnaqueqꝫ digna ē vel requie vel erūna. ergo abdita ſunt receptacula animarū. nec poteſt homini diffiniri quod nō poteſt ab homine ſciri. Item qualis intelligendus ſit ignis ille gehenne. et quēadmoduꝫ igne corporali incorporei ſpūs ſiue aīe corporibus ſolute cruciari poſſunt. non ſoluꝫ fidei chriſtiane ſed ſacri eloquij auctoritas commendat.

Q, corporeus ignis gehenne non tantum corpora cruciabit ſed etiam ſpiritus. Auguſtinus de ciuitate dei de eodem.

**Gehenna quod et**

g ſtagnum ignis ⁊ ſulphuris dictū eſt. corporeꝰ ignis erit et cruciabit corpora damnatoꝝ. et hominū ⁊ demonū. ſolida hominū. aerea demonū. aut tantum hominū corpora cum ſpiritibus. demones aūt ſpiritus ſine corporibus habentes ſumendo penam. nō in percipiendo vitā corporalibꝰ ignibus. Cur enim non dicamus quāuis miris tamen veris modis etiā ſpiritꝰ incorporeos poſſe pena corporal̄ ignis affligi. ſi ſpūs hominū etiam ipi profecto īcorporei. et nūc poterunt includi corporalibus membris. et tunc poterunt ſuorū corpoꝝ vinculis inſolubiliter alligari? Si viuentis hominis incorporeꝰ ſpūs tenetur in corpore. cur non poſt mortem. cū incorporeus ſit ſpiritꝰ etiam corporeo igne teneat̄? Etenim per igneꝫ ſpūm teneri dicimus. vt in tormento ignis ſit videndo atqꝫ ſentiendo. Ignem nāqꝫ eo ipſo patitur quo videt. et quia concremari ſe conſpicit crematur. Sicqꝫ fit vt res corporea incorpoream cremet. dum ex igne viſibili. ardor et dolor inuiſibilis trahitur. vt per ignem corporeum mens incorporea. etiam corporea flamma crucietur. et poſt pauca. Dum ergo peccatorem diuitem damnatum veritas in igne perhibet. q̄s nam ſapiens animas reprobo rū teneri ignibꝰ neget?

Q, ignis gehenne ad aliquid lucebit. ad aliquid non. De eodem Gregorius in moralibus.

**Illa vltrix flama**

i viciorꝝ crematōnem habet. et lumen nō habet. Illic ignis ad conſolatōem non lucet. et tamen vt magis torqueat ad aliquid lucet. Nam ſequaces q̊ꝫ ſuos ſecum in tormento reprobi flamma illuſtrante viſuri ſunt. quoꝝ viui amore deliquerunt: quatinus quoꝝ vitam carnalē contra precepta cōditoris amauerant. ipſorum q̊ꝫ intuitus eos in augmento damnationis ſue affligat. Sicut electis ignis ardere nouit ad ſolatium. et tamen ardere ad ſuꝑplicium neſcit. ita e diuerſo flamma gehenne reprobis et nequaq̄ꝫ lucet ad conſolationis gratiaꝫ. et tamen lucet ad penā. vt damnatorum oculis ignis ſupplicij. et nulla claritate ſplendeat vel candeat. et ad doloris cumulum delicti qualiter crucientur oſtēdat.

Q, ignis gehenne ab inicio ſic creatus eſt. vt nutrimento nō egeat. Idem in eodem.

**Omnipotentis iu**

o ſticia futuroꝝ preſcia ab ipa mundi origine gehenne igneꝫ creauit. qui in pena reproboꝝ ſemel eſſe inciperet.

ſed ardorem ſuū etiam ſine lignis nunquā finiret. ignis nanqȝ corporeꝰ vt eſſe ignis valeat corporeis indiget fomentis. q̄ cū neceſſe eſt vt ſeruetur ꝑ cōgeſta ligna procul dubio nutritur. nec valet niſi ſuccēſus eſſe et niſi refotus ſubſiſtere. At contra gehenne ignis cū ſit corporeꝰ. et immiſſos reprobos corporaliter exuret. nec ſtudio humano ſuccenditur. nec lignis nutritur. ſed creatus ſemel durat inextinguibilis. et ſuccenſiōe nō indiget. et ardore nō caret. Bene ergo dīni quo dicit᷑. Deuorabit eū ignis q̄ nō ſuccendetur.

Quales ſint purgatorie pene in hac vita. et quales poſt. Auguſtinꝰ de ciuitate dei.

i N hac quidē vita mortali eſſe quaſdā penas purgatorias confitemur. in quibus affliguntur quoꝝ vita vel inde fit melior vel potiꝰ inde fit peior. ſed illis purgatorie ſūt qui eis coherciti corrigunt᷑. Cetere omnes pene ſiue temporanee ſiue ſempiterne ſicut vnuſquiſqȝ diuina prouidentia tractādꝰ eſt inferuntur. vel pro peccatis ſiue preteritis ſiue in quibꝰ adhuc viuit ille q̄ plectitur vel pro exercendis declarandiſqȝ virtutibꝰ ꝑ homines et angelos. ſiue bonos ſiue malos. Sed temporales penas. alij in hac vita tantum. alij poſt mortem. alij et tunc et nunc. Veruntamen ante iudicium illud ſeueriſſimū nouiſſimūqȝ patiunt᷑. Non aūt venient omnes in ſempiternas penas que poſt illud iudiciū future ſunt. qui pꝰ mortem ſuſtinent temporales. Nam quibuſdā quod in iſto non remittitur. remitti in futuro ſeculo. id ē. ne futuri ſeculi eterno ſupplicio puniant᷑ confitemur. Rariſſimi ſunt autem qui nullas in hac vita. ſed tantum poſtea penas luant. fuiſſe tamen aliquos qui vſqȝ ad decrepitam ſenectutē ne leuiſſimam quidē febriculam ſenſerint quantāuīqȝ duxerūt vitam et ipi nouimꝰ et audiuimus quāq̄ȝ vita ipa mortaliū tota pena ſit. Non enim parua eſt pena ipa vel inſipientia vel imperitia que vſqȝ adeo fugiēda merito iudicatur. vt ꝑpetuis doloribus pueri cogantur queqȝ artificia vel literas diſcere. ipmqȝ diſcere ad q̊d penis adigunt᷑ tā penale eſt eis vt nunq̄ȝ ipas ꝑ q̄s penas cōpellunt᷑ diſcere ferre malint q̄m diſcere. Quis autē non exhorreat et mori eligat ſi ꝑponatur ei. aut mors per penam. aut rurſus infantia? Que quidem quod nō a riſu ſed a fletu orditur hanc lucem quid maloꝝ ingreſſa ſit neſciens ꝓphetat quodāmodo. Solum quādo natus eſt ferunt riſiſſe Zoroaſtrem. Nec enim ei boni aliquid monſtruoſus riſus ille portendit. Nam magicarum artiū fuiſſe perhibetur inuētor. A Nyno quippe rege aſſyrioꝝ bello ſuperatꝰ occubuit. Verum tanta eſt dei miſcdia in vaſa miſericordie que preparauit in gloriam. vt etiam p̄ma hominis etas. id eſt. infantia q̄ ſine vllo reniſu ſubiacet carni. et ſcd̄a que puericia nuncupatur. vbi nondū ratio ſuſcepit contra vicia pugnam. et fere ſub omnibus vicioſis delectationibuſ iacet. Quia licet fari iam valeat. et ideo infantiā trāſiſſe videatur. necdum in ea eſt p̄cepti capax infirmitas mentis. ſi ſacramenta mediatoris acceperit. etiam ſi hanc in eis annis vitam finiat. tranſlata ſcȝ a poteſtate tenebrarum in regnum dei non ſolum penis non preparetur eternis. ſed ne vlla poſt mortē purgatoria tormenta patiatur. Sufficit enī ſola ſp̄ūalis regeneratio. ne poſt morte obſit quod carnalis generatio traxit cū morte. Cum aūt ventum fuerit ad etatem que p̄ceptum iam capit. et ſubdi iam poteſt legiſ imperio. ſuſcipiendum eſt bellum cōtra vicia. et agendum ſiue gerendum acriter ne ad damnabilia peccata perducat. Et ſi quidem nondū victoriarum conſuetudine roborata ſunt. facilius vincuntur et cedunt. Si autem vincere atqȝ ſuperare conſueuerunt. laborioſa difficultate vincūtur. Hoc aūt bellum nunq̄ȝ vllum eſſet ſi natura humana per liberū arbitriuȝ in rectitudine in qua facta eſt perſtitiſſet. Nunc vero q̄ pacē felix habere noluit. ſecū pug̃t infelix. Pauciſſimi aūt ſunt tante felicitatiſ. vt ab ipa ineunte adoleſcētia nulla dānabilia peccata



cōmittant. vel in flagicijs. vel in facinoribꝰ vel in nefarie cuiuſquā impietatis errore. ſȝ magna ſpūs largitate opprimant. q̄cquid in eis poſſet carnali delectatione dominari. Plurimi vero precepto legiſ accepto cum p̄us victi fuerūt p̄ualentibꝰ vicijs et preuaricatores eiꝰ effecti ex tūc ad gratiam cōfugiūt adiuuantem. qua fiant et amariꝰ penitendo. et vehementius pugnando p̄us deo ſubditi. atȝ ita carni prepoſita mente victores. Quiſq̄s ergo cupit penas euadere ſempiternas. non ſolum baptiſet᷑. verum etiam iuſtificet᷑ ī chriſto. ac ſic vere tranſeat a dyabolo ad chriſtum. Nihil in edificio preponitur fundamento. Inueniemꝰ ergo q̄ poſſit ſaluari ꝑ ignem. ſi prius inuenerimꝰ q̊d ſit habere in fundamento chriſtum. Si q̄s itaqȝ chriſtianus meretricē diligit. eiqȝ adherens. vnum corpus efficitur. iam fundamentū non habet chriſtum. Si quis autē diligit vxorem ſuam ſm̄ chriſtū. quis ei dubitet in fundamēto eſſe chriſtum? Si vero ſm̄ hoc ſeculū. ſi carnaliter. ſi in morbo concupiſcentie. ſicut et gentes que ignorāt deū etiam hoc ſm̄ veniam concedit apoſtolus. imo per apoſtolum chriſtꝰ. Poteſt igit᷑ et iſte habere chriſtū in fundamento. Si enī nihil ei talis delectatōnis voluptatiſqȝ preponat. q̄uis ſuꝑedificet ligna. fenū. ſtipulā chriſtꝰ eſt fundamentū propter hoc ſaluus erit per ignem. Delicias quippe huiꝰ mundi amoreſqȝ terrenos propter coniugalem quidem copulam non damnabileſ tribulationis ignis exurit. Qui amat patrem aut mrē aut filiū aut filiā ſuꝑ me ait dn̄s. non ē me dignꝰ. Verum q̄ has neceſſitudines ſic amat carnaliter. vt tn̄ xp̄o dn̄o nō p̄ponat. malitqȝ illis carere q̄ȝ chriſto. ſi ad hūc fuerit articulū temptatōis adductꝰ ꝑ ignē ſaluus erit. Quia et earū amiſſione tantuȝ neceſſe eſt vrat dolor quantū heſerat amor. ac ꝑ hoc ei q̄ edificauit. erit edificatio iſta dānoſa. quia non habebit q̊d ſuꝑedificauit. et earum amiſſione cruciabitur. quibꝰ fruendo vtiqȝ letabatur. Vide in apoſtoli v̄bis edificantem ſuꝑ fundamentū lapides precioſos aurū et argentū. Qui ſine vxore ē inquit. cogitat que ſunt dei. q̄uō placeat deo. Vide alium edificantē ligna. fenū. ſtipulaȝ. Qui aūt matrimonio iunctꝰ eſt inquit. cogitat q̄ ſunt mundi. q̄uō placeat vxori. Vaſa figuli probat fornax. et homines iuſtos temptatio tribulatōis. ⁊ vniuſcuiuſqȝ opꝰ quale fuerit ignis probabit. Si cuiꝰ opus ꝑmanſerit. ꝑmanet enim q̊d q̄ſqȝ cogitat q̄ ſunt dei. q̄modo placeat deo. q̊d ſuꝑedificauit mercedem accipiet. id eſt. vnde cogitauit hoc ſumet. Si cuiꝰ opus arſerit damnum patietur. quoniam q̊d dilexerat nō habebit. ipe ſaluꝰ erit. q̄a nulla eum tribulatio ab illiꝰ fundamenti ſtabilitate ſemouit. ſic tn̄ q̄ſi per ignē. Q̄d enim ſine illiciēte amore non habuit. ſine vrente dolore nō perdit. Ecce quantū mihi videtur inuentꝰ ē ignis q̄ nullum eoꝝ damnet. ſed vnum ditet. alterum damnificet. ambos probet. Nullas q̄dam penas niſi purgatoriaſ volunt eē poſt mortem. quoniam terris ſuꝑiora ſūt elemēta. aqua. aer. ignis. ex aliquo hoꝝ mūdetur ꝑ expiatorias penas q̊d terrena contagiōe contractum eſt. Unde gentilis poeta. Alie pandunt᷑ manus ſuſpenſe ad ventos. alijs ſub gurgite vaſto. Infectum eluitur ſcelus aut exuritur igne. Iniuſtum enim putant vt pro peccatis quamlibet magnis paruo ſcilicet tempore ꝑpetratis. pena q̄ſqȝ damnetur eterna. q̄ nullius id vſquā iuſticia legis attendat vt tanta mora temporis q̄ſqȝ puniatur. quanta mora temporis vnde puniretur admiſit. Nunquid in vinculis tādiu quiſqȝ iudicandꝰ eē debet. quādiu fecit vnde meruit alligari? Cum iuſtiſſime ānoſas penas ſeruus in cōpedibꝰ pendat. qui verbo aut ictu celerrime tranſeunte. vel laceſſiuit dn̄m vel plagauit? Quod igitur de ſempiterno ſupplicio damnatoꝝ ꝑ ſuū prophetam dn̄s dixit fiet omīno fiet. Vermis eoꝝ nō morietur. et ignis eoꝝ nō extinguet᷑. Utrūqȝ hoꝝ. ignem ſcȝ atqȝ vermem. voluerunt quidam ad anime penas nō ad corporis pertinere. q̄a ſcp̄tum eſt. Sicut tinea veſtimentū. ⁊ vermis lignū. ſic meror excruciat cor viri. Qui vero penas et anime et corporis in illo ſupplicio futuras n̄ dubitāt

igne vri corp⁹. animā aūt rodi quodāmodo verme meroris affirmāt. Quod etſi credibili⁹ dr. qa vtiqȝ abſurdū eſt ibi aut dolorem corpis aut anime defuturū. ego tñ facilius eſtimo vt ad corp⁹ dicam vtrūqȝ ptinere q̄ȝ neutrū. Legitur quippe in veterib⁹ ſcriptis. Uindicta carnis impij ignis ⁊ vermis. Potuit breui⁹ dici vindicta impij. Cur ergo dictū eſt carnis impij. niſi qa vtrūqȝ. id eſt. ignis et vermis. pena erit carnis? Quo ergo verū eſt inquiūt q̄d ait chriſt⁹ veſter. in qua menſura menſi fueritis. remetiet̄ vob. ſi tēporale peccatū ſupplicio punit̄ eterno? Nec attendunt pter equale ſpacium temporis. ſed propter viciſſitudinē mali. id ē. vt q̄ mala fecerit mala patiat̄. dictā fuiſſe eandem menſurā. De iudicijs enī et condēnationib⁹ dn̄s loquebat̄. proinde qui iudicat et condemnat iniuſte. ſi iudicatur et condēnatur iuſte in eadem menſura recipit. quāuis non hoc q̄d dedit. Judicio enīȝ fecit. iudicio et patitur. et q̄ȝuis damnatiōe fecerit quod iniquū eſt. patitur quod iuſtum eſt. Nec quiſq̄ȝ exiſtit. qui cenſeat tam cito finienda eſſe nocentiū tormenta. q̄ȝ cito factū ē homicidiū vel adulteriū vel ſacrilegiuȝ vel quodlibet aliud ſcelus. non temporis longitudīe. ſȝ impietatis ⁊ iniq̄tatis magnitudine metiendū.

De cura pro mortuis agenda. Auguſtinus in enchiridion.
Capitulum. VI.

## Eqȝ negandū eſt

n defunctoꝝ animas pietate ſuoꝝ viuentiū releuari. cū pro illis ſacrificium mediatoris offertur. vel elemoſine ī eccleſia fiunt. Sed eis hec proſunt q̄ cuȝ viuerent hec ſibi vt poſtea poſſint pdeſſe meruerunt. Eſt enim quidā viuendi modus. nec tam bonus vt nō requirat iſta p⁹ mortē. nec tam malus vt ei non proſint iſta p⁹ mortem. Eſt enī talis in bono. vt hec nō requirat. et eſt rurſus talis in malo. vt nec his valeat cum ab hac vita tranſierit adiuuari. Quocirca omne meritum cōparatur quo poſſit poſt hanc vitam releuari quiſpiā vel grauari. Nemo āt ſe ſperet q̄d hic neglexit cum obierit apud dn̄m promereri. Nō igitur iſta q̄ pro defunctis frequentat eccleſia cōmendandis illi apoſtolice ſunt aduerſa ſententie qua dictum eſt. Omnes enī aſtabimus ante tribunal chriſti. vt referat vnuſquiſqȝ ſm̄ ea que p corpus geſſit. ſiue bonū ſiue malū. quia etiam hoc meritū ſibi quiſqȝ cum in corpore viueret cōparauit. vt ei poſſint iſta prodeſſe. Non enī omib⁹ pſūt. et cur non omnib⁹ niſi pter differentiam vite quā quiſqȝ geſſit in corpore? Cū ergo ſacrificia ſiue altaris ſiue quarumcūqȝ elemoſinarum pro baptiſatis omnibus defūctis offeruntur. pro valde bonis gratiarū actiones ſunt. pro non valde malis propiciationes. pro valde malis etiaȝ ſi nulla ſūt adiumenta mortuoꝝ qualeſcunqȝ viuorū conſolationes ſunt. Quibus aūt proſunt. aut ad hoc proſūt vt ſit plena remiſſio. aut certe vt tolerabilior fiat ipſa damnatio.

Quibus proſit poſt mortem. vt quomodo pro illis fit. Auguſtinus de ciuitate dei.
Capitulum. VII.

## Stitaqȝ quidaȝ

e modus vite nec tam male. vt his qui in ea viuūt nihil proſit ad capeſſendum regnū celoꝝ largitas elemoſinarum. quib⁹ etiaȝ iuſtoꝝ ſuſtentat̄ inopia. et fiunt amici q̄ in tabernacula eterna ſuſcipiant. nec tam bone vt ad tantam beatitudinē adipiſcendā eis ipa ſufficiat. niſi eorum meritis q̄s amicos fecerunt miſcdiam cōſequantur. Mirari autem ſoleo. etiā apud virgilium reperiri iſtam ſententiā vbi ait. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis. vt et ipi recipiant vos in eterna tabernacula. Nam cum Eliſios campos poeta ille deſcriberet. vbi putāt habitare animas beatorum. non ſolum ibi poſuit eos qui proprijs meritis ad illas ſedes peruenire potuerunt. ſed adiecit atqȝ ait. Quiqȝ ſui memores alios facere merendo. id eſt. qui pmouerunt alios eoſqȝ ſui memores promerendo fecerunt. prorſus tanq̄ȝ diceretur eis quod frequentat̄ ore chriſtiano cum ſe cuiqȝ ſanctoꝝ humilis quiſqȝ commendat ⁊ dicit. memor eſto mei. Atqȝ vt id eē poſſit pmerendo efficit. Sed quis iſte ſit modus et que ſint iſta peccata que ita impediūt puentionē ad regnū dei vt tantū ſanctorum amicoꝝ meritis impetrent indulgentiā difficillimū eſt inuenire periculoſiſſimuȝ diffinire. Ego certe vſqȝ ad hoc temp⁹ cum inde ſatagerē ad eoꝝ indaginē puenire non potui. Nunc vero dum venialis iniquitatis etiā ſi pſeueret et ignoratur modus. profecto ⁊ ſtudiū in meliora proficiendi orando et inſtando vigilanti⁹ adhibetur. et faciēdi de mãmona iniquitatis ſanctos amicos cura non ſpernitur. verū iſta liberatio que fit ſiue ſuis quibuſqȝ orationib⁹. ſiue intercedentib⁹ ſanctis id agit. vt in ignē nō mittatur eternū. nō vt cum fuerit miſſus poſt quantūcunqȝ tempus inde eruatur.

De eodem idem in eodēȝ libro ſecundo.

## On exiſtimemus

n ad mortuos pro quibus iā curaȝ gerim⁹ prouenire. niſi q̄d pro eis ſiue altaris ſiue orationū ſiue elemoſinarū ſacrificijs ſolenniter ſupplicamuſ. q̄ȝuis nō pro quib⁹ fiunt omnib⁹ proſunt ſed his tātum pro quibus dum viuūt cōparatur vt proſint. Sȝ quia nō diſcernim⁹ q̄ ſint oportet ea pro regeneratiſ omnib⁹ facere vt nullus eoꝝ ptermittatur. ad quos hec bn̄ficia poſſint et debeant puenire. Meli⁹ enim ſuperint iſta his quib⁹ nec obſunt nec proſunt. q̄ȝ eis deerunt quib⁹ proſunt. Diligētius tñ facit hec quiſqȝ pro neceſſarijs ſuis quod pro illo ſimiliter fiat a ſuis. Corpori autem humano quicq̄d impenditur. non ē preſidiū ſalutis. ſed humanitatis officium ſm̄ affectuȝ quo nemo vnq̄ȝ carnem ſuam odio habet. Unde oportet vt qui poteſt p carne proximi curam gerat. cuȝ ille inde receſſerit qui gerebat.

De exequijs ideȝ in eodem libro primo. Capitulum. VIII.

## Uratio funeris.

c ꝯditio ſepulture. pompa exequiarū magis ſunt viuoꝝ ſolatia q̄ȝ mortuoꝝ ſubſidia. Si aliq̄d prodeſt impio precioſa ſepultura. oberit pio vilis aut nulla. Preclaras exequias ī ꝯſpectu hominū purpurato illi diuiti exhibuit turba famuloruȝ. ſed multo clariores in conſpectu dn̄i vlceroſo illi pauperi miniſterium prebuit angeloruȝ. qui eum extulerunt non in marmoreum tumulum. ſed in abrae gremiū

De ſacrificio pro defunctis. Gregorius in dyalogo.
Capitulum. IX.

## J culpe poſt mor

ſ tem inſolubiles non ſunt multorum ſolet animas etiam poſt mortē ſacra oblatio hoſtie ſalutaris adiuuare.

Quibus proſit idem in eodem.
Capitulum. X.

## Ed ſciendum eſt

ſ q̄ illis ſacre victime mortuis proſunt. qui hic bene viuendo obtinuerunt. vt etiā eos poſt mortem bona adiuuent. que hic pro ipis ab alijs fiunt. Hec nanqȝ ſingulariter victima ab eterno interitu animaȝ ſoluit. que illam nobis morteȝ vnigeniti per miſteriū repreſentat. qui licet ſurgens a mortuis. iam non morit̄ ⁊ mors vltra illi nō dominabitur. tamē in ſeipo immortaliter atqȝ incorruptibiliter viuēs pro nobis iterum in hoc miſterio ſacre oblationis imolatur. eius quippe ibi corpus ſumitur. eius caro in populi ſalute partitur. eiuſ ſanguis non iam in manus infideliuȝ. ſed in ora fideliū funditur. Hinc ergo penſem⁹ quale ſit pro nobis hoc ſacrificium. quod pro oblatione noſtra paſſionem vnigeniti filij ſemper imitatur. Quis enim fidelium

habere dubiuꝫ poſſit in ipa imolatōnis ho
ra ad ſacerdotis vocem celos aperiri. i illo
hieſu miſterio choros angeloꝝ adeſſe. ſum
mis ima ſociari. terram celeſtibus iungi.
vnum quiddam ex viſibilibus atqꝫ inuiſi⸗
bilibꝰ fieri?

Si anime ſciunt que in hoc ſer
culo geruntur.
Capitulum. XI.

## Querunt nonnulli

q de animabus carne ſolutis. vtruꝫ
cogitationeꝫ habeant eorum que
in hac vita geruntur. maxime illoꝝ qui iam
in gaudio domini ſui et in abſcōdito faciei
eius veri luminis illuſtratione letanť. Ad⸗
iiciunt quoqꝫ illud de animabus ſanctorū.
quod multi in queſtōnem adducunt. ſi pre
ces ſupplicantium audiunt. et cum ad inter
cedendum inuocantur ſi vota poſtulanti⸗
um ad ipſorum vſqꝫ cognitionem perueni
unt. Difficile eſt iudicare de hmōi. Quō ei
ſcientia noſtra certa eſſe poteſt de ipis. qui
eam quam de nobis habent ſcientiam nec
capere poſſumꝰ. nec īueſtigare? Hoc vnū
certum eſt. animas ſanctoꝝ in ſecreto diui
ne contemplationis conſtitutas. eorū que
foris aguntur. tantum ſcire quantum illis
vel ad gaudium. vel nobis ad auxiliū pro⸗
deſſe conſtat. nos interceſſores querimus
apud deū. Quid ampliꝰ vis? Times ne for
te non orent. qui ſemꝑ orant? Quomodo
non orabunt pro te. quando tu oras. qui ꝛ
quando tu non oras. orare tamen non ceſ
ſant? Si non audiunt inquis. ꝛ ego in ven
tum fundo verba. non audientibus et non
intelligentibus loquens. Ecce dicamus.
Non audiunt ſancti verba poſtulantium
neqꝫ ad beatitudineꝫ illoꝝ attinet iſta noſſe
que foris aguntur. Ecce dicamus. non au⸗
diunt. Nunquid deus non audit? Quid
ergo laboras inueſtigare. quid audiunt et
quantū audiunt ſancti quos oras. cum ipe
deus audiat ꝓpter quem oras? Ipe videt
humilitatem tuā. q̄ remuneraturꝰ eſt deuo
tionem tuam. Tamen ſi audiūt et quantuꝫ
audiūt. quid eſt audire niſi ſcire? Vnuꝫ eſt
lumen in quo et audiunt ad ꝑcipiendum. ꝛ
vident ad cognoſcendū. in quo ſi quid for⸗
te foris agitur. quod modo interim nō au⸗
diunt aut non vident miſteriū eſt diſpenſa
tionis. non detrimentum felicitatis. Inue⸗
niuntur tamen quidam ſanctorum patruꝫ
quedam ita diffiniſſe quaſi nihil ſit in crea⸗
turis quod nō videant. qui videntem om⸗
nia vident. Ego amplius iudicare non pre
ſumo. niſi hoc ſolum. quoniam tantuꝫ vi⸗
dent. quantum illi placitum eſt quē vident
et in quo vident.

# Pars decimaſeptima.

De tempore aduentus chriſti in
nouiſſimo. Auguſtinus ad heſiciū.
Capitulum primum.

## De ſaluatoris

d aduentu qui expectatur i
fine. tempora dinumera⸗
re non audeo. nec aliquē
ꝓphetam de hac re nume
rū ānoꝝ exiſtimo ꝑfiniſſe
ſed illud potius ꝑualere quod ipe dn̄s ait.
Nemo poteſt cognoſcere tempa que pater
poſuit in ſua poteſtate. Tempora ergo cō⸗
putare. hoc eſt CRONOIS. vt ſciamꝰ
quando ſit finis huius ſeculi vel aduentꝰ
domini. nihil aliud mihi videtur q̄ꝫ ſcire
velle q̊d ipſe ait ſcire neminem poſſe. Opor
tunitas vero illius temporis profecto non
erit. antequam predicetur euangeliū vni⸗
uerſo orbi in teſtimonium omnibus genti
bus. Apertiſſima eniꝫ de hac re legitur ſen
tentia ſaluatoris dicentis. Et predicabitur
hoc euangelium regni in vniuerſo orbe in
teſtimoniuꝫ omnibus gentibus. Tunc ve⸗
niet finis. tunc veniet quid eſt. niſi ante non
veniet? Quando ergo poſt veniat. incer⸗
tum eſt nobis. Ante tamen non eſſe ventu
rum dubitare vtiqꝫ non debemus. Si er⸗
go latet quando eccleſia fructificante atqꝫ
creſcente vniuerſus omino a mari vſqꝫ ad



mare orbis implebitur proculdubio latet
quando finis erit. ante quippe non erit. tūc
reuelabitur ille iniquus. id eſt. antichriſtus
quem dominus hieſus interficiet ſpiritu
oris ſui.

De vltima tribulatione. Augu⸗
ſtinus de ciuitate dei.
Capitulum. II.

## Tunc ſoluetur ſa⸗

t thanas de cuſtodia ſua. et exibit
ad ſeducendas gentes et natōnes
que ſunt in quattuor angulis terre. Gog ꝛ
Magog. quorum interpretationem no⸗
minum eſſe comperimus. Gog tectum.
Magog de tecto. Tanquā domus et ipſe
qui procedit de domo. Gentes ergo ſūt in
quibus dyabolum velut in abiſſo ſuperiuſ
intelligebamꝰ incluſum et ipſe de illis q̊dā⸗
modo ſeſe efferens et procedens. vt ille ſint
tectum. ipe de tecto.

Quare modo dyabolus ligatur.
Capitulum. III.

## Alligatio diaboli

a eſt non permitti exercere totā tem
ptationē quam poteſt vel vi vel
dolo ad ſeducendos homines in partē ſuā
cogendo violenter. fraudulenter vel fallen⸗
do. Qꝫ ſi permitteretur in tam longo tem⸗
pore. et tanta infirmitate multorum pluri
mos tales quales deus perpeti id nō vult
et fideles deiiceret. et ne crederēt impediret.
quod ne faceret alligatus eſt. Tunc enim
ſoluetur quādo ꝛ breue tempus erit. Nam
tribus annis et ſex menſibus legitur ſuis
totis ſuorumqꝫ viribus ſeuiturus. et tales
erunt cum quibus ei belligerandum eſt. vt
vinci tanto eiꝰ impetu inſidiiſqꝫ nō poſſint
Soluetͬ āt ſathanas in fine ſeculi. vt q̄ꝫ for⸗
tem aduerſariū dei ciuitas ſuꝑauerit. cum
ingenti gloria ſui redemptoris. adiutoris. li
beratoris aſpiciat.

Quare in nouiſſimo ſoluetur.
Capitulum. IIII.

## Exibit auteꝫ ut di⸗

e ctum eſt ſathanas in apertam pſe
cutōnem de latebris erūpet odio
rum. Hec erit eniꝫ nouiſſima pſecutio. No
uiſſimo iminēte iudicio quando ſctā eccle⸗
ſia toto orbe terraꝝ patieť. vniuerſa vide⸗
licet ciuitas chriſti ab vniuerſa ciuitate dya
boli quantacūqꝫ erit vtraqꝫ ſuper terram.
Vnde apſtus. Refrigeſcet caritas multorū
et abundabit iniquitas. Vnde daniel. Et
erit tempus inquit tribulationis quale nō
fuit ex quo nata eſt gens ſuper terram vſqꝫ
ad tempus illud.

Quanto tempore erit vlti
ma tribulatio.
Capitulum. V.

## Hec perſecutio no⸗

h uiſſima fuſa ab antichriſto. tribꝰ
annis et ſex menſibꝰ erit. Non enī
veniet ad viuos et mortuos iudicādoſ chri
ſtus. niſi prius venerit ad ſeducendos ī ani⸗
ma mortuos aduerſarius eius antichri⸗
ſtus. quem dominus hieſus interficiet ſpi⸗
ritu oris ſui.

De aduentu helie et enoch
Capitulum. VI.

## Veniet tunc helias

v thesbites. anteq̄ꝫ veniat dies domi
ni magnus et illuſtris. qui conuer
tet cor patris ad filium. et cor hois ad pri⸗
mum ſuum. ne forte veniens percutiaꝫ ter⸗
ram penitus. Per hunc heliam magnum
mirabilemqꝫ ꝓphetaꝫ expoſita ſibi lege no⸗
uiſſimo tempore ante iudiciū iudeos ī chri
ſtum verum. id eſt in chriſtum noſtrum eē
credituros celeberrimum eſt in ſermonibꝰ
cordibuſqꝫ fideliū. Ipſe quippe ante aduen
tum iudicis ſaluatoris non immerito ſpe⸗
ratur eē venturꝰ. qui etiā nunc viuere non
immerito crediť. Curru namqꝫ igneo raptꝰ
eſt de rebus humanis. quod euidentiſſime
ſcriptura ſacra teſtatur. Cum venerit ergo
exponendo legem ſpiritualiter. quam nūc

iudei carnaliter ſapiunt. cōuertet coꝛ pꝛīs ad filiū.id eſt.coꝛ patrū ad filios.Tunc enī coꝛ patrū ad filios conuerteť cum intelligētia patrū pꝛoducetur ad intelligentiā filiorum.et coꝛ filioꝝ ad patres eoꝝ. dum in id quod conſenſerunt illi.conſentiunt et iſti.

### De qualitate perſone iudicis Auguſtinus de trinitate. Capitulum.VII.

c **Um uenerit filiuſ** hominis in gloꝛia ſua.et omēs angeli cū eo.tunc congregabunť ante eum omnes gentes. Et iudei quippe qui in malicia perſeuerant.in illo iudicio puniendi ſunt ſicut alibi ſcriptum eſt. Uidebūt in quem pupugerunt.Cum enī boni et mali uiſuri ſunt iudicem viuoꝝ et moꝛtuoꝛuꝫ procul dubio eum videre mali nō poterūt. niſi ſm foꝛmam qua filius hominis eſt.ſed tamen in claritate in qua iudicabit.non in humilitate in qua iudicatus eſt. Non eniꝫ iterum chꝛiſtus in cruce videndus eſt. Ceterum illam dei foꝛmam in qua equalis eſt deo patri.procul dubio impij non videbūt Non enī ſunt mundicoꝛdes.Beati eī mundicoꝛdes quoniā ipī deum videbūt.Alioquin ſi filius dei iudex in foꝛma in q̄ equal' eſt patri etiam impijs cū iudicaturꝰ eſt apparebit.quid eſt ergo quod pꝛo magno dilectoꝛi ſuo pollicetur dicens.Ego diligā eū et oſtendam meipm̄ illi. Quapꝛopter filiꝰ hominis iudicaturus eſt.nec tamen ex humana poteſtate.ſed ex ea qua filius dei eſt. Et rurſus filiꝰ dei iudicaturꝰ eſt.nec tamen in ea foꝛma apparens in qua deus eſt equalis patri . ſed in ea qua filius hominis eſt. Itaqꝫ vtrūqꝫ dici pōt.et filiꝰ hoīs iudicabit.et non filiꝰ hominis iudicabit.quia filiꝰ hominis iudicabit.vt verum ſit quod ait. Cum venerit filius hoīs tunc ꝯgregabunť ante eū oēs gentes.et non filiꝰ hoīs iudicabit.vt verū ſit quod ait.Ego non iudico.et ego non quero gloꝛiam meā.eſt q̄ querat ⁊ iudicet.Nam ſm hoc q̄ in iudicio non foꝛma dei.ſꝫ foꝛma filij hoīs apparebit.nec ipē pater iudicabit.ſm hoc enī dictum eſt. Pater non iudicat quenq̄ꝫ. ſed omne iudiciuꝫ dedit filio.Scd̄m autem quod dictum eſt. dedit pater filio vitam habere in ſemetipō. non vtiqꝫ dicitur pater nō iudicat quenq̄ꝫ. Scd̄m hoc enī quod equalem pater genuit filium iudicat cum illo. Scd̄m hoc ergo dictum eſt quod in iudicio non foꝛma dei. ſed foꝛma filij hominis apparebit. Non q̄a non iudicabit.qui dedit omne iudicium filio cum de illo dicat filius.eſt qui querat et iudicet.ſed ita dictum eſt. pater nō iudicat quenq̄ꝫ.ſed omne iudicium dedit filio.ac ſi diceret.patrem nemo videbit in iudicio viuoꝛum et moꝛtuoꝛum . ſed omnes filium . quia et filius hominis eſt vt poſſit et ab impijs videri.cum et illi videbunt in queꝫ pupugerunt. Omne ergo iudicium dedit filio.quia iudex in foꝛma filij hominis apparebit.que foꝛma non eſt patris ſed filij. nec ea filij in qua equalis ē patri.ſed in qua minoꝛ eſt patre:vt ſit in iudicio bonis ⁊ maliſ conſpicuus.Quando autem iudicem videbunt mali.non eis videbitur bonus. q̄a non ad euꝫ gaudebunt coꝛde.ſed tunc plangent ſe omnes tribus terre.In numero vtiqꝫ maloꝛum omnium et infidelium . viſio illa filij hominis nec bonuꝫ erit impijs qui mittentur in ignem eternum . nec ſummuꝫ bonum erit iuſtis. Adhuc enim vocat eos ad regnum quod eis paratum eſt ab oꝛigine mundi.Sicut enim illis dicet. Ite maledicti in ignem eternum.ſic iſtis dicet. Venite benedicti patris mei poſſidete paratū vobis regnum.⁊c.Et ſicut ibunt illi in ambuſtionem eternam.ſic iuſti in vitā eternā. Quid eſt āt vita eterna ? niſi vt cognoſcāt te inquit verū deum et quem miſiſti ieſum chꝛiſtum.ſcilicet iam in illa claritate de qua dicit patri.quam habui apud te p̄uſq̄ꝫ mūdus fieret.Tunc eniꝫ tradet regnum deo et patri.vt intret ſeruus bonus in gaudiū domini ſui.

### De celeritate iudicij. Auguſtinꝰ ad conſentium. Cap.VIII.



i **Nathamo iquit** apoſtolus.hoc eſt in pūcto tēpis quod diuidi non pōt.in ictu oculi.hoc eſt.in ſumma celeritate.in nouiſſima tuba . hoc eſt.in nouiſſimo ſigno q̄d dabiť vt iſta compleanť.Canet enim inq̄t tuba et moꝛtui reſurgent incoꝛrupti et nos cōmutabimur. Ergo iſtam cōmutatōem ī meliꝰ ſine dubitatōne opoꝛtet intelligi.quia omnes iuſti et iniuſti reſurrecturi ſunt. ſꝫ ſicut dominus in euāgelio loquitur. Qui bene fecerunt in reſurrectionem vite . qui mala egerunt in reſurrectionem iudicij. Iudiciū appellans penam ſempiternam . ſicut alio loco.q̄ non credit inquit iam iudicatus eſt Pꝛoinde illi q̄ ad iudiciuꝫ reſurrecturi ſūt nō cōmutabunť in illam incoꝛruptelā que nec doloꝛis penā vel corruptōneꝫ pati pōt. Illa nāqꝫ fideliuꝫ eſt atqꝫ ſanctoꝝ.iſti vero perpetua damnatōne cruciabuntur. quia ignis eoꝝ nō extingueť.et vermis eoꝝ non moꝛieť.ac ꝑ hoc incoꝛrupti quidem reſurgent integritate membꝛoꝝ ſꝫ nō a coꝛrumpendi doloꝛe penarū cum audierint.Ite in ignem eternū q̄ paratꝰ eſt dyabolo et angelis eiꝰ. a quo auditu malo non timebit iuſtus.

### De eodem.

v **Tradiꝰ oculi noſtri** nō citiꝰ ꝑuenit ad ꝓpinquioꝛa tardiꝰ ad longinquioꝛa ſed vtraqꝫ interuallla celeritate parili contingit.ita cū in ictu oculi ſicut apoſtolus dicit fit reſurrectio moꝛtuoꝝ.omnipotentie dei et ineffabili nutui tam facile ē queqꝫ recētia q̄ꝫ diuturno tempoꝛe dilapſa cadauera ſuſcitare.

### De eodem.

e **Rit iudiciū ipſo** inopinato aduentu dn̄i celerrimū quod tardiſſimū putabatur Quia ipās conſcientias ſine ſermonis pꝛolixitate conuincet. In cogitationibus eniꝫ ſicut ſcriptum eſt impij interrogatio erit. Et apoſtolꝰ. Cogitationibꝰ inq̄t accuſantibus vel excuſantibꝰ in die qua iudicabit dn̄s occulta hominū ſm euangeliū meū ꝑ ieſum xp̄m. Etiam dn̄s ſic futurꝰ teſtis eſt intelligendus velox.cum ſine moꝛa reuocaturuſ eſt in memoꝛiā vnde ꝯuincat puniatqꝫ cōſcientiam.

### De oꝛdine reſurgendi. Capitulum.IX.

p **Ropheta Eſaiaſ** Reſurgent inquit moꝛtui.⁊ reſurgent qui erant in ſepulcris.Unde apoſtolꝰ.Ipē dn̄s in iuſſu et ī voce archangeli ⁊ ī tuba dei deſcēdit de celo.et moꝛtui q̄ in chꝛiſto ſunt reſurgent p̄mi. Deinde nos viuentes q̄ reliqui ſumꝰ ſimul cū illis rapiemur in nubibus obuiam chꝛiſto in aera. et ita ſemꝑ cum dn̄o erimus.Hec verba apoſtolica reſurrectionem moꝛtuoꝝ futuram. quādo veniet vtiqꝫ chꝛiſtꝰ ad viuos ⁊ moꝛtuos iudicandos pꝛeclariſſime oſtendunt. Sed queri ſolet vtrum illi quos hic viuentes inuenturꝰ eſt chꝛiſtus.quoꝝ perſonas in ſe atqꝫ illos qui tunc ſecum viuebāt trāſfigurabat apoſtolꝰ.nunq̄ꝫ omnino moꝛituri ſint.an in ipō tempoꝛis puncto q̄ cum reſurgentibus rapientur in nubibus obuiam chꝛiſto in aera ad immoꝛtalitatem per moꝛtem mira celeritate tranſibunt ? Si ergo ſanctos qui reperientur chꝛiſto veniēte eiqꝫ in obuiam rapientur crediderimus in eodem raptu de moꝛtalibus coꝛpoꝛibꝰ exituros.et ad eadē mox īmoꝛtalia redituros. nullas in verbis apoſtoli patiemur anguſtias.ſiue vbi dicit.Tu q̄d ſeminas non viuificatur niſi p̄us moꝛiať.ſiue vbi dicit.omnes reſurgemus.aut omnes doꝛmiemus. q̄ꝛ nec illi ꝑ īmoꝛtalitatem viuificabuntur. niſi quamlibet paululum tn̄ ante moꝛianť ac per hoc a reſurrectione non erunt alieni quam doꝛmitione pꝛecedunt.quāuis breuiſſima non tamen nulla

### Quomodo intelligendū ē quod ſcriptū eſt.uiuos et moꝛtuos iudicabit. Capitulum.X.

Duobꝰ modis accipiť ꝙ viuos ⁊ mortuos iudicabit. Siue mortuos intelligimus quos hic nondum mortuos ſed adhuc in iſta carne viuentes inuenturꝰ eſt eiꝰ aduentus. Mortuos aūt q̄ de corpe ꝓuſqꝫ veniat exierūt vel exituri ſunt. Siue viuos iuſtos et mortuos iniuſtos. quoniā iudicabūt iuſti iudicabūť iniuſti.

## De reſurrectione corporū que et qualia reſurgent. Capitulum. XI.

Sunt nōnulli qui ꝯſiderantes ꝙ ſpūs a carne ſoluitur. ꝙ caro in putredinē vertitur. ꝙ putredo in puluereꝫ redigitur. ꝙ puluis in elementa ſoluitur. vt nequaqꝫ ab humanis oculis videatur. reſurrectōem fieri poſſe deſperant. Et dum arida oſſa inſpiciunt hec veſtiri carnibꝰ rurſumqꝫ ad vitam viridēſcere poſſe diffidunt. q̄ reſurrectōnis fidē ex obedientia nō tenēt. certe hanc ex ratōne tenere debuerūt: Quid eni quotidie niſi reſurrectōem noſtram in elementis mundꝰ imitatur? Per quotidiana quippe momēta lux ipa temporalis quaſi moritur. dum ſuperuenientibꝰ noctis tenebris ea que aſpiciebatur ſubtrahitur. et quaſi quotidie reſurgit dum lux ablata oculis ſuppreſſa. iterꝫ nocte reparať. Per momenta qꝫ temporꝫ cernimꝰ arbuſta viriditatem foliorꝫ amittere. a fructuū prolatione ceſſare. Et ecce ſubito quaſi ex areſcente ligno velut quadā reſurrectione veniente videmꝰ folia erumpere. fructus grandeſcere. et totam arborē rediuiuo decore veſtiri Sed ecce reſurrectōꝫ audio. effectum tñ ipiꝰ reſurrectōis exquiro. Credo nanqꝫ quia reſurrecturus ſum. ſed volo vt audiam qualis. Sciendū q̄ppe mihi eſt vtrum in quodam alio ſubtili fortaſſe vel aerio an in eo quo morior corpore ſurgam. Sed ſi in aerio corpore reſurrexero. iam ego non ero qui reſurgo. Nam quō eſt vera reſurrectio ſi vera nō poterit eſſe caro? Aperta ergo ratio ſuggerit. qꝛ ſi vera caro nō fuerit. pculdubio reſurrectio vera nō erit. Neqꝫ ei vera reſurrectio dici poteſt vbi nō reſurgit q̊d cecidit Unde etiā redemptor noſter dubitantibꝰ de ſua reſurrectione diſcipulis oſtendit manꝰ et latus. palpando oſſa et carnē pbuit dicens. Palpate et videte qꝛ ſpūs carnē et oſſa nō habꝫ ſicut me videtis habere. Iam vō de reſurrectione carnis non ſicut quidā reuixerūt iterūqꝫ ſunt mortui. ſed in eternā vitā ſic chriſti ipiꝰ reſurrectio queadmodū poſſuꝫ breuiter diſputare. et omnibꝰ queſtionibꝰ que de hac re moueri ſolent ſatiſfacere non inuenio. Reſurrecturam tamen omniū carneꝫ quicunqꝫ nati ſūt et naſcunť et mortui ſunt ⁊ morienť. nullo modo chriſtianus dubitare debet. Unde primo occurrit de abortiuis fetibus queſtio. q̄ iam quideꝫ nati ſūt i vteris matrū. ſed nondū ita nati vt iaꝫ poſſint renaſci. Si reſurrecturos eos dixerimꝰ. de his qui iam formati ſunt tolerari pt vtrūqꝫ q̊d dr. Informes vero abortiuos q̄s non procliuius arbitreť perire. ſicut ſemina que concepta non fuerint? Sed negare q̄s audeat. et ſi affirmare nō audeat id acturam reſurrectionē. vt q̄cq̊d forme defuit impleatur. Atque ita ſit perfectio que acceſſura erat tempore queadmodum non erunt vicia que acceſſerūt tempore. vt neqꝫ in eo q̊d aptum et congruum dies allaturi fuerant natura fraudetur. neqꝫ in eo q̊d aduerſum et ꝯtrarium dies attulerint natura turpeť. ſed integretur q̊d nondū erat integrū ſicut inſtaurabitur q̊d nondū erat viciatū.

## De abortiuis et monſtris vtrum reſurgent et qualia Auguſtinus. Capitulum. XII.

Super hoc ſcrupuloſiſſime quidem inter doctiſſimos queri ſolet et diſputari poteſt. q̊d vtrum ab hoīe inueniri poſſit ignoro. Quando incipit homo in vtero viuere vtrum ſit quedam vita occulta que nondū motibꝰ viuentis appareat. Nā negare vixiſſe puerperia que propterea membratim



exſecantur et eijciunť ex vteris pgnantiuꝫ. ne matrem quoqꝫ ſi mortua ibi relinquātur occidant impudētia nimia videtur. Ex q̊ aūt incipit homo viuere. ex illo vtiqꝫ iam mori poteſt. mortuuſ vero vbicunqꝫ mors illi euenire potuit quomodo ad reſurrectionem mortuorꝫ non pertineat reperire nō poſſunt. Neqꝫ enim monſtra que naſcuntur et viuunt quamlibet cito moriant. aut reſurrectura negabuntur. aut non viciata reſurrectura credenda ſunt. aut non potiꝰ correcta emendataqꝫ natura. Abſit eniꝫ vt illum bimembrem qui nuper natus eſt in oriente. de quo fratreſ dilectiſſimi qui eum viderunt retulerunt. et beatꝰ Hieronimus preſbyter ſcriptum reliquit. Abſit inquaꝫ vt vnum duplicem hominem ac nō potiꝰ duos homines. quod futurū fuerat ſi gemini naſcerentur reſurrecturos exiſtimemꝰ. Ita et cetera quia ſinguli quiqꝫ partus vel ampliꝰ vel minus aliq̊d habendo quadā nimia deformitate mōſtra dicuntur ad humane nature formam reſurrectōe reuocabūtur ita vt ſingule anime. ſingula ſua corpora obtineant nullis coherentibus. etiaꝫ quecūqꝫ coherentia nata fuerant. ſed ſeorſum ſibi ſingulis ſua membra geſtantibus quibꝰ humani corporis cōplebiť integritas. Non perit deo terrena materies de q̄ mortaliū creať caro. ſed i quēlibet puluerē cinerem ve ſoluať. in quoſlibet alitus auraſqꝫ diffugiat in quācūqꝫ aliorꝫ corporꝫ ſubſtantiā vel in ipa elementa vertať. in quorūcunqꝫ animalium vel hominum cibum cedat carnemqꝫ mutetur. illi anime humane pūcto tpis redit. q̄ illā pmitus vt homo fieret animauit.

## De modo reſurrectionis. Auguſtinus de ciuitate dei Cap. XIII.

Membrorū omniū reformatio. non ſolum ex terra. verum etiā ex aliorꝫ elementorꝫ ſecretiſſimo ſinu quo dilapſa cadauera receſſerunt in temporis puncto reuertenda et reintegranda promittitur. Ipa itaqꝫ materies terrena que diſcedēte anima fit cadauer non ita reſurrectōne reparabitur. vt ea que dilabuntur. ⁊ in alias atqꝫ in alias aliaruꝫ rerum ſpecies formaſqꝫ vertuntur. quamuis ad corpus redeant vnde dilapſi ſūt. ad eaſdem qꝫ corporis partes vbi fuerunt redire neceſſe ſit. Alioquin ſi capillꝰ redit q̊d tam crebra tonſura detraxit. ſi vnguibꝰ q̊d totiens dempſit exſectio immoderata et indecens cogitantibꝰ et ideo reſurrectionem carnis non credentibꝰ occurrit informitaſ Sed quemadmodū ſi ſtatua cuiuſlibꝫ volubiliſ metalli. aut in ignem liqueſceret aut contereretur in puluerem. aut confunderetur in maſſam. et eam vellet artifex rurſꝰ ex illius materie quantitate reparare nihil intereſſet ad eius integritatem que particula materie cuicunqꝫ membro ſtatue redderetur. dum totum tamen ex quo ꝯſtituta fuerat reſtituta reſumeret. Ita deꝰ mirabiliter atqꝫ ineffabiliter artifex de toto quo caro noſtra conſtiterat eam mirabili et ineffabili celeritate reſtituet. nec aliq̊d attinebit ad eius rei integritatem. vtrum capilli ad capillos redeant. an vngues ad vngues. an quicquid eorꝫ perierat mutetur in carnē et in partes aliās corporis reuoceť. curante artificis prouidentia ne quid indecens fiat Nec illud eſt ꝯſequens vt ideo diuerſa ſtatura ſit reuiuiſcentiū ſingulorꝫ. quia fuerat diuerſa viuentiū. aut macri cum eadeꝫ macie. aut pingues cum eadem pinguedīe reuiuiſcant. Sed ſi hoc eſt in conſilio creatoris. vt in effigie ſua cuiuſcūqꝫ ꝓprietas et diſcernibilis ſimilitudo ſeruetur. in ceteris āt corporis bonis equalia cuncta reddantur. ita modificabitur illa in vnoquoqꝫ materies vt nec aliquid ex ea pereat. ⁊ q̊d alicui defuerit. ipe ſuppleat. qui et d̄ nihilo potuit q̊d voluit operari. Si aūt in corporibus reſurgentiuꝫ rationabilis inequalitas erit. ſicut vocū quibꝰ impletur cantus. hoc fiet cuiqꝫ de materia corporis ſui. quod et hominem reddat angelicis cetibus ⁊ nihil incōuenienť eorꝫ ingerat ſenſibꝰ. Indecorꝫ quippe aliq̊d ibi non erit. ſed quicquid futurum eſt. h̄ decebit. quia nec futurum eſt ſi nō decebit.

Exemplum ſupradictorum. Idē de ciuitate dei libro .xxij. Capitulum .XIIII.

ſ Jenī ſtatuā potest artifex homo quam propter aliquam cauſam deformem fecerat conflare. et pulcerrimam reddere. ita vt nihil ſubſtantie. ſed ſola deformitas pereat ac ſi quid in illa forma priore indecenter extabat nec parilitati partium cōgruebat nō de toto vnde fecerat amputare atqꝫ ſeparare ſed ita conſpergere vniuerſo atqꝫ miſcere. vt nec feditatem faciat. nec minuat quantitatem. quid de omnipotente ſentiendū eſt.

Q, corpora ſanctorum ſine vicio reſurgent et incorruptibilia. Auguſtinus in enchiridion. Capitulum .XV.

r Eſurgent igitur ſanctorū corpora ſine vllo vicio. ſine vlla deformitate. ſicut ſine vlla corruptione. onere. difficultate. in quibꝰ tanta felicitas erit. propter quod et ſpiritualia dicta ſunt. cum proculdubio corpora futura ſunt. non ſpiritus. Sed ſicut nunc animale corpus dicitur quod tunc corpus non anima eſt. ita tunc ſpirituale corpꝰ erit corpus tamen non ſpiritus erit. Proinde quantum attinet ad corruptōnē que nunc aggrauat animā et vicia quibus caro aduerſus ſpūm concupiſcit. tunc nō erit caro corpus ſed ſpiritus. quia et celeſtia corpora perhibentur. propter quod dictum eſt. Caro et ſanguis regnū dei nō poſſidebūt. et tanqꝫ exponēs. quod ait. neqꝫ corruptio inquit incorruptionem poſſidebit. Quod prius dixit caro et ſanguis. hoc poſteriꝰ dixit corruptionem. et q̄d prius dixit regnū dei hoc poſterius incorruptōnem. Quantum aūt attinet ad ſubſtantiam. etiam tūc caro erit. propter q̄d et poſt reſurrectōem corpꝰ chriſti caro appellatum eſt. Sed idō ait apoſtolus. Seminatur corpus animale. ſurget ſpirituale. Quoniam tanta erit tunc concordia carnis ⁊ ſpūs viuificante ſpū ſine ſuſtentaculo alicuiꝰ indigentie ſubditam carnem. vt nihil nobis repugnet ex nobis. ſed ſicut foris neminē. ita nec intus nos ipos patiemur inimicos.

Q, infantes non in ea ſtatura qua mortui ſunt reſurgent. Auguſtinus iterum de ciuitate dei. Capitulum .XVI.

q Uid ergo dicturi ſumus de infantibus. niſi qa nō in ea reſurrecturi ſūt corporis exiguitate qua mortui ſed quod eis tardius acceſſurum erat tempore. hoc ſunt illo dei opere miro atqꝫ celerrimo recepturi. In ſententia quippe dn̄i vbi ait. capillus capitis veſtri non peribit. dictum eſt non defuturū eſſe quod fuit. non aūt negatū eſt quod defuit affuturū. Defuit autē infanti mortuo perfecta quātitas ſui corporis. pfecto quippe infanti deeſt vtiqꝫ perfectio corporalis magnitudinis que cum acceſſerit iam ſtatura longior eſſe non poſſit. Hunc perfectionis modū ſic habent omnes vt cum illo concipiantur atqꝫ naſcant̄. ſed habent rōne non in mole. ſicut ipa membra iam omnia ſunt latenter in ſemine cum etiam natis nōnulla adhuc deſint ſicut dētes aut ſiq̄d eiuſmodi. In qua rōne vniuſcuiuſqꝫ materie indita corporali iam quodāmodo vt ita dicam liniamento initiatum videtur eſſe q̄d nondum eſt. imo quod latet. ſed acceſſu temporis erit. vel potius apparebit. In hac ergo infans iam aut breuis aut longus eſt. qui longus breuis ve futurus eſt. Reſtat ergo vt ſuam quiſqꝫ recipiat menſuram quam vel habuit in iuuentute etiā ſi ſenex eſt mortuus. vel fuerat habiturus ſi ante eſt defunctus. vt nec vltra nec infra iuuenilē formā reſurgant corpora mortuoꝝ. ſed in ea etate et robore vſqꝫ ad quam hic chriſtū puenisse cognouimꝰ. Circa triginta quippe annos diffinierunt etiam ſeculi huius doctiſſimi eſſe hominis iuuentutem que cū fuerit ſpacio proprio terminata. inde iam hoiem in detrimenta vergere grauioris ac ſenilis etatis. ⁊ idō n̄ eſſe dictū in menſurā corporis vel in menſurā ſtature. ſꝫ in mēſurā etatis plenitudinis chriſti.

Q, omēs in ea ſtatura reſurgēt quā in perfecta etate. id eſt. iuuenili habuerūt vl' habituri eſſent ſi viuerent. Auguſtinꝰ in libro de ciuitate dī. xxij. Capitulum .XVII.

i Llud quod ait apoſtolꝰ p̄deſtinatos conformes imaginis filij dei. ſic poteſt accipi. vt quemadmodū nobis ille mortalitate. ita et nos illi imortalitate efficiamur ꝯformes. Sicāt in his verbis q̄ forma reſurrectura ſint corpora ſumꝰ admoniti. ſicut illa mēſura. ita ⁊ iſta ꝯformatio nō q̄ntitatis intelligenda eſt ſed etatis. Reſurgēt itaqꝫ oēs tam magni corpe qua vel erāt vel futuri erant iuuenili etate. Siq̄s v̄o in eo corpis modo in q̄ defunctꝰ ē reſurrecturū vnūquēqꝫ ꝯtendit. nō eſt cū illo laborioſa cōtradictione pugnandum.

Utrum corpora reproboꝝ reſurgēt cū vicijs et deformitatibꝰ. Auguſtinꝰ i enchiridion. Ca. XVIII.

q Uicūqꝫ uero ab illa pditionis maſſa q̄ facta ē per hoiē p̄mū nō liberant̄. p vnū mediatorē dei et hominū reſurgēt quidē etiā ipi vnuſquiſqꝫ cū ſua carne. ſꝫ vt cū dyabolo et angelis eiꝰ puniant̄. Utrū ſane ipi cū vicijs ſuis et deformitatibꝰ ſuoꝝ corpoꝝ reſurgant. quecūqꝫ in eis deformia et vicioſa mēbra geſtauerūt inquirendo laborare q̄d opus eſt? Neqꝫ enī fatigare nos debet incerta eoꝝ vel habitudo vel pulcritudo. q̄rū erit certa ⁊ ſempiterna damnatio. Nec moueat q̄uo in eis erit corpꝰ incorruptibile. ſi dolere poterit. Aut q̄uo corruptibile. ſi nō poterit? Non ei eſt vera vita. niſi vbi felicit̄ viuit̄. nec vera icorruptio. niſi vbi ſalꝰ nullo dolore corrūpit̄. Ubi āt infelix mori nō ſinitur. et vt ita dicā mors ipa non morit̄. ⁊ vbi dolor ppetuꝰ nō interimit ſꝫ affligit ipa corruptio et non finit̄ hec in ſcp̄turis ſctīs ſcd̄a mors dr̄. Nec p̄ma tn̄ q̄ ſuū corpꝰ aīa relinquere cogit̄. nec ſcd̄a q̄ penale corpꝰ animā relinq̄re nō pmittitur. hoī accidiſſꝫ ſi nemo peccaſſet. Mitiſſima ſane omniū pena erit eoꝝ q̄ p̄ter peccatum q̄d originale traxerūt nullū inſup addiderunt. ⁊ in ceteris q̄ addiderūt. tāto quiſqꝫ ibi tolerabiliorē habebit dānatōē. q̄nto h̄ habebit minorē iniq̄tatē.

Q̄uo terrena corpora in celo manebūt. Auguſtinus de ciuitate dei libro tredecimo. Capitulū .XIX.

n Eceſſe eſt aiunt q̄dam vt terrena corpora naturale pondꝰ vel in terra teneat vl' cogat ad terrā. et ideo in celo eſſe nō poſſūt. Primū quidē illi hoīes in terra erāt nemoroſa atqꝫ fructuoſa que paradiſi nomē obtinuit. Et de pōderibꝰ elementoꝝ ſic argumētant̄ Quoniā ſcꝫ magiſtro platone didicerunt. mūdi duo corpa maxia atqꝫ poſtrema duobus medijs. aere ſcilꝫ et aqua eſſe copulata atqꝫ cōiuncta. Ac p h̄ inquiūt quoniā terra abhinc ſurſū verſus eſt p̄ma. ſcd̄a aqua ſup terrā. tertiꝰ aer ſup aquā. quartū ſuper aerē celū. non poteſt eſſe terrenū corpus in celo. Momētis enī pprijs vt ordinē ſuū teneant ſua elemēta librant̄. Ecce qualibꝰ argumētis omnipotētie dei hūana ꝯtradicit īfirmitas quā poſſidet vanitas. Quid ergo faciunt in aere tot terrena corpa cū a terra ſit aer tertiꝰ. niſi forte q̄ p plumarū et pēnarū leuitatē donauit auiū terrenis corpibꝰ vt portent̄ in aere. imortalibꝰ factis corporibus hominū non poterit donare virtutē q̄ in celo etiā valeāt habitare? Nam cum terrenoꝝ corpoꝝ ſicut onera geſtando ſentire ꝯſueuimꝰ. q̄nto maior eſt q̄ntitas tanto ſit maior et grauitas. tn̄ mēbra ſue carnis portat leuiora anima cum in ſanitate robuſta ſūt q̄ꝫ in languore cū macra ſūt. ⁊ cum alijs geſtātibꝰ oneroſior ſit ſalꝰ ⁊ validꝰ q̄ꝫ exilis et morbidꝰ. ipe tn̄ ad ſuū corpꝰ mouēdū atqꝫ portandū agilior eſt. cū in bona valitudine plus habet molis q̄ꝫ cū i peſte vel in fa

me minimũ roboris.tantũ valet etiã in ha-
bendis terrenis corpibꝰ. q̃uis adhuc cor-
ruptibilibꝰ atꝫ mortalibꝰ nõ q̃ntitatis pon-
dus:ſed temperatõis modꝰ. Et q̃s verbis
explicat q̃ntum diſtat inter p̄ſentẽ q̃m dici-
mus ſanitatẽ ⁊ imortalitatẽ futuraꝫ. Non
itaqꝫ redarguãt noſtrã fideꝫ philoſophi de
corpoꝝ põderibꝰ. Eſt eni ſic hinc ſurſũ per
ſus terra p̃ma. aqua ſc̃da.aer tertiꝰ. celum
quartuꝫ vt ſup oĩa anime ſit natura. Nam
et ariſtotiles quartũ corpꝰ eam dixit eſſe. et
plato nullũ. Si quintũ eſſet.certe ſuperius
eſſet ceteris. Cum vero nullũ eſt.multo ma
gis ſuperat omĩa. In terreno ergo q̃d facit
corpore? In hac mole q̃d agit ſubtiliꝰ om-
nibꝰ? In hoc pondere q̃d agit leuior oĩbꝰ?
In hac tarditate q̃d agit celerior omnibꝰ?
Ita ne per huius tam excellẽtis nature me
ritum non poterit effici vt corpus eius leue
tur in celum? Et cum valeat nunc natura
corporum terrenorum deprimere animas
deorſum.aliquando et anime leuare ſurſũ
terrena corpora nõ valebunt? Poſtremo
ſi ita eſt elementorũ ordo diſpoſitus vt ſm
platonem duobꝰ medijs.id eſt.aere ⁊ aqua
duo extrema.id eſt.ignis et terra iungãtur
celiqꝫ obtineat ille ſummum locum. Hec
autem ima velut fundamentum mundi. ⁊
ideo in celo non poteſt eſſe terra. Cur eſt
ignis in terra? Sc̃dm hanc quippe rõnem
ita iſta duo elementa in locis proprijs imo
ac ſummo.terra et ignis eſſe debuerunt. vt
quemadmoduꝫ nolunt in ſummo eſſe poſ-
ſe quod imum eſt.ita nec in imo eſſe poſſe
quod ſummum eſt. Sicut ergo putãt nul
lam vel eſſe vel futuram eſſe particulaꝫ ter-
re in celo.ita nullam particulam videre de-
buimus ignis in terra. Nunc vero non ſo-
lum in terris verum etiam ſub terris ita eſt
vt eum eructent vertices montium. preter
quod in vſibus hominũ et eſſe ignem in ter
ra.et eum naſci videmus ex terra.quando-
qꝫ et de lignis et de lapidibus naſcitur que
ſunt corpora ſine dubitatione terrena. cur
ergo nolunt vt credamus naturam corpo-
rum terrenorum aliquando incorruptibi-
lem factam in celo conuenientem futuram.
ſicut nunc ignis corruptibilis his cõuenit
terris. Nihil igitur aſſerunt ex ponderibus
atqꝫ ordine elementorum.vnde omnipotẽ-
ti deo quo minus faciat corpora noſtra ta-
lia.vt etiam in celo poſſint habitare preſcri-
bant.

Quale ſit futurum iudicium. Au
guſtinus. Capitulum. XX.

Quedam uis intel
ligenda eſt diuina. qua fit vt cui-
qꝫ opa ſua vel mala vel bona cun-
cta in memoriam reuocentur.et mentis in
tuitu mira celeritate cernãtur vt accuſet vl'
excuſꝫ ſcientia conſcientiam. atqꝫ ita ſimul
et omnes et ſinguli iudicentur. Que nimi-
rum vis diuina libri nomen accepit. In ea
quippe quodãmodo legitur quicquid a fa-
ciente recolitur.

Q, deus cõſcientia noſtra teſte
vtetur ad iudicandũ nos. Grego-
rius in moralibus.
Capitulum. XXI.

Adueniente iudi-
ce vniuſcuiuſqꝫ conſcientia ad te
ſtimonium erit deducta.tũc om-
nis ante oculos culpa reducitur.et mẽs ſu-
per gehẽne incendia ſuo grauius igne cru-
ciatur.

De eodem Auguſtinus in ome
lia Fauſtini.

Neceſſe eſt ut ſepiꝰ
cogitemus quales erimus in die
iudicij puriſſimis angeloꝝ ↄſpe-
ctibus offerendi ⁊ eterno iudici rationẽ de
libris ↄſcientie reddituri. Remotis eni om
nibus probationibus certum eſt in die illa
ipſum ante ſe hominem conſtituendum.⁊
ipſam ſibi animaꝫ in cordis ſpeculo demõ
ſtrandam.et teſtes contra eam non de fo
ris aliunde ſed intus de ſemetipſa proferẽ
dos adijcienda erunt non aliqua peregri
na.ſed nimium nota teſtimonia.id eſt.ope
ra ſua.

Quare deus in preſenti iudicat.
Auguſtinus in libro de ciuitate dei
Capitulum. XXII.

Iudicat deꝰ hoc tem-
pore nõ ſolũ vniuerſaliter de genere demo
nũ atꝫ hominũ vt miſeri ſint ꝓpt̃ p̃moꝝ me
ritũ peccatoꝝ.ſed et de ſinguloꝝ operibꝰ p-
prijs q̃ gerũt arbitrio volũtatis. Neſcimꝰ
eni q̃ iudicio dei bonꝰ ille ſit paup.malꝰ ille
ſit diues.iſte gaudeat quẽ p ſuis prauiſ mo-
ribꝰ cruciari debuiſſe pſuadet. Exeat de iu-
dicio nõ ſolũ inultꝰ.verũ etiã damnatꝰ in-
nocens aut iniquitate iudicis preſſus. aut
falſis obrutꝰ teſtimonijs.ecõtrario ſceleſtꝰ
eius aduerſariꝰ nõ ſolũ impunitꝰ veꝝ etiaꝫ
iniudicatꝰ inſultet. Impius optime valeat.
pius languorĩbꝰ tabeſcat. Latrocinẽt ſaniſ-
ſimi iuuenes.⁊ q̃ nec verbo queq̃ꝫ ledere
potuerũt diuerſa morboꝝ atrocitate affli-
gant. Infanteſ vtiles rebꝰ hũanis imatura
morte rapiant.⁊ q̃ videt̃ nec naſci debuiſſe
diutiſſime in ſup viuat.plenꝰ criminibꝰ ſub
limet̃ honoribꝰ.⁊ homĩeꝫ ſine querela tene-
bre ignobilitatis abſcõdãt.et cetera hmõi.

Auguſtinꝰ in eodem de eodem.

Nunc quando nõ
ſolũ in malo ſũt boni.⁊ ĩ bono ma
li q̃d videt̃ iniuſtũ.verũ etiã plerũ-
qꝫ ⁊ malis mala eueniũt.⁊ bonis bona pro-
ueniũt.magis inſcrutabilia ſũt iudicia dei.
et inueſtigabiles vie eiꝰ. Cũ v̾o ad illud dĩ iu
diciũ venerimꝰ q̃d tempꝰ iã ꝓpe dies iudi-
cij.et aliquãdo dies dñi nuncupat̃.nõ ſolũ
tũc quecũqꝫ iudicabũt.verũ etiã quecunqꝫ
ab inicio iudicata.et quecũqꝫ vſqꝫ ad illud
tempꝰ iudicãda ſũt apparebũt eẽ iuſtiſſima
Ubi h̄ qꝫ manifeſtabit̃ q̃ꝫ iuſto iudicio dei
fiat vt nũc tam multa ac pene oĩa iuſta iu-
dicia dei lateãt ſenſus mẽteſqꝫ mortalium.
cũ tñ in hac re pioꝝ fidem nõ lateat iuſtum
eſſe q̃d latet.

Itẽ de eodẽ Gregoriꝰ ĩ moralibꝰ

Dum ualde occul
ta ſint diuia iudicia cur ĩ hac vita
nonnũqꝫ bonis male ſit.malis bene.tũc oc
cultiora ſũt cũ et bonis hic bene eſt.⁊ malis
male. Nam cũ bonis male eſt.malis bene.
h̄ fortaſſis deꝑhendit̃.q̃a et boni ſiqua hic
deliquerũt hic recipiũt vt ab eterna plenꝰ
damnatõe liberent̃.et mali bona que p hac
vita faciũt.hic inueniũt vt ad ſola in poſte-
rũ tormẽta ꝑtrabant̃.vnde ⁊ ardenti diuiti
in inferno dr̃. Memẽto fili q̃a accepiſti bo-
na in vita tua et lazarꝰ.ſ.m. At cũ bonis hic
bene ẽ et malis male incertũ valde ſit vtruꝫ
boni idcirco bona accipiant vt puocati ad
aliq̃d meliꝰ creſcant.an iuſto latentiqꝫ iudi
cio h̄ ſuoꝝ operũ remuneratõem ꝑcipiant
vt a premijs vite ſequẽtis inuaneſcant. Et
vtrum maloſ idcirco aduerſa feriant vt ab
eternis ſupplicijs defendãt.an hic eoꝝ pena
incipiat vt quandoqꝫ cõplenda ad vltima
gehenne tormenta ꝑducat.

Item de eodẽ.idem in octauo.

Duobus modis in
hac vita hoĩeꝫ deꝰ iudicat.q2 aut
ꝑ mala p̄ſentia irrogare iã tormẽ
ta ſequentia incipit.aut tormẽta ſequentia
flagellis p̄ſentibꝰ extinguit

Ubi erunt ſc̃ti corporaliter quã-
do mundus ardebit Auguſtinus.
Capitulum. XXIII.

Querat forſan ali
quis ſi poſt factuꝫ iudicium iſte
mundꝰ ardebit anteq̃ꝫ p illo ce-
lum nouũ et terra noua reponat̃.eo ipõ tẽ-
pore ↄflagratõis eiꝰ vbi erũt ſancti cuꝫ eos
habentes corpa in aliquo corporali loco eẽ
neceſſe ſit.poſſumꝰ reſpõdere eos futuros
eſſe in ſupioribꝰ ptibꝰ.q̃ ita nõ aſcẽdet flam
ma illiꝰ incendij queãdmodũ nec vnda di-
luuij. Talia q̃ppe illis inerunt corpa vt illic
ſint vbi eſſe voluerint.ſed nec ignẽ ↄflagra-
tionis illiꝰ ꝑtimeſcent imortales atqꝫ incor-
ruptibiles facti ſi viroꝝ triũ illoꝝ corrupti-
bilia corpa atꝫ mortalia in camino ardenti
illeſa viuere potuerunt.

na tunc inicium accipit cum diſtrictus ad
extremum iudex venit.

De eodem.

## Morte aūt carniſ

a alieno dyabolo vnde nimiū ſup-
bus incedit mors alteriꝰ generis p̄
paratur in eterno igne tartari. quo non ſo-
lum cum terrenis ſed etiam cum aerijs cor
poribus excruciari ſpiritus poſſint.

Q, poſt damnationem reprobo
rum ſancti plenius cognoſcēt gra-
tiam dei. Capitulum. VIII.

## Emanentibus igi

r tur angelis et hominibꝰ reprobis
in eterna pena tunc ſancti ſciēt ple
nius quid boni contulerit eis gratia.

Q, damnatiſ malis ſancti intra
būt in vitā eternā. Capitulū. IX.

## Jcut enim impijſ

ſ dicet. Ite maledicti in ignē eternū.
ſic iuſtis. Uenite benedicti patris
mei percipite paratū vobis regnū. et ſicut
ibunt illi in ambuſtionem eternā. ſic iuſti
in vitam eternā. Quid eſt aūt vita eterna?
niſi vt cognoſcant te inquit verū deū ⁊ quē
miſiſti ihesum chriſtū. ſcꝫ iam in illa clari-
tate de qua dicit patri. quā habui apud te
priuſq̄ mundꝰ fieret. Tūc enī tradet regnū
deo patri vt intret ſeruus bonꝰ in gaudiū
dn̄i ſui.

Q̄uo iuſti tūc non cōpatientur
malis. Capitulum. X.

## T ubi eſt qꝰ ſancti

e ſunt pro inimicis ſuis q̊s tūc arde
re videbūt non orabunt. Quibus
vtiq̄ dictū eſt pro inimicis veſtris orate.

De eodem.

## Rant pro inimi-

o cis ſuis eo tp̄e quo poſſūt ad fru
ctuoſā penitentiā eorū corda ꝯuertere atq̄
ipſa ꝯuerſione ſaluare. Quid enī aliud pro
inimicis orandū eſt. niſi h̄ qd apoſtolꝰ ait.
vt deꝰ det illis penitentiā ad cognoſcendā
veritatē. et reſipiſcant a dyaboli laqueis a
quo capti tenentur ad ipſius voluntatem.

De eodem.

## Lacet quod dicis

p et quomodo pro illis tunc orabit
qui iam nullatenꝰ poſſūt ad iuſti-
cie opera ab iniquitate cōmutari. Eadē ita
q̄ cauſa eſt cur non oretur tunc p̄ hoibus
eterno igne damnatis. que nunc etiā cau-
ſa eſt vt non oretur pro dyabolo et angelis
eius eterno ſupplicio deputatis. que nunc
etiam cauſa eſt vt non orent ſancti hoies p̄
hominibus infidelibus impijſq̄ defunctiſ.
niſi quia de eis vtiq̄ quos eterno ſupplicio
deputatos iam nouerunt. ante illum iudi-
cis iuſti conſpectum orationis ſue meritū
caſſari refugiunt. Q, ſi nunc q̄ viuētes iu-
ſti et mortuis ⁊ damnatis iniuſtis minime
cōpatiuntur. quando adhuc aliquid iudi-
cabile de ſua cauſa ſeſe perpeti etiā ipſi no-
uerunt. quanto diſtrictiꝰ tunc iniquorū tor-
menta reſpiciunt. quando ab omni vicio
corruptionis exuti ipſi iam iuſticie viciniꝰ
atq̄ artius inherebunt. Sic quippe eorum
mentes per hoc ꝙ iuſtiſſimo inherent iudi
cii ius diſtrictionis abſorbet. vt omino eis
non libeat quicquid ab illius eterne regu-
le ſubtilitate diſcordat.

De viſione dei.
Capitulum. XI.

## J queris utrum

ſ poſſit deꝰ videri? reſpondeo po-
teſt. Si queris vnde ſciā? reſpō
deo quia in veriſſima ſcriptura legitur. Be
ati mundo corde quoniā ipi deū videbunt
et cetera talia. Si queris quomodo inuiſi-
bilis ſit dictꝰ ſi videri p̄t? rn̄deo inuiſibilē eſſe
natura. videri āt cū vult ſicut vult. Pluri-
mis enī viſus eſt nō ſicuti eſt. ſed q̄li ſpecie



illi placuit apparere. Quid ergo eſt q̊d dicit
eadē auctoritas. Deū nemo vidit vnq̄. et
q̊d apl'us planiꝰ explicans. quē nemo inq̄t
hominū vidit nec videre p̄t. Q̄uo ergo vi-
dit deū Abrahā Ysaac Jacob Job Moy
ſes Micheas Yſaias et ſi q̄ alij ſunt. de qui
bus veraciſſima ſcriptura teſtatur ꝙ deū
viderint ſi deū nemo vidit vnq̄ quem ne-
mo hominū vidit nec videre pōt. Magna
queſtio eſt q̄uo nō ſit ꝯtrariū ꝙ tot antiqui
deū viderūt ſi deū nemo vidit vnq̄ quē ne
mo hominū vidit nec videre poteſt. Certe
refelli nō p̄t vt dicit Ambroſiꝰ vel patrē vel
filiū vel certe ſpūm ſanctū: ſi tn̄ eſt ſcti ſpūs
viſio ea ſpecie videri quā volūtas elegerit
nō natura formauerit. Quē q̄ ſpūm ſctūm
viſum accepimꝰ in colūba. et ideo deum ne
mo vidit vnq̄. q̄a eam q̄ in deo habitat ple
nitudinē diuinitatis nemo cōſpexit nemo
mente aut oculis cōprehēdit. Uñ moyſes
ait deo cum q̊ et vt amicꝰ amico facie ad fa-
ciē loquebaẗ. Si inueni grām ante te oſtē-
de mihi temetipm̄. Quid ergo? ille nō erat
ipſe? ſi non eſſet ipſe. ei nō diceret oſ̄nde mihi
temetipm̄. ſed oſ̄nde mihi deū. et tn̄ ſi eiꝰ na-
turā ſubſtantiāq̄ ꝯſpiceret multo minꝰ di-
ceret oſtēde mihi temetipm̄. Ipſe ergo erat
in ea ſpecie qua apparere voluerat. Nō aūt
ipſe apparebat in natura p̄p̄a quā moyſes
videre cupiebat. Ea q̄ppe p̄mittiẗ ſctis i alia
vita. vnde q̊d rn̄ſū eſt Moyſi. Non vide-
bit me hō et viuet. verū eſt. q̄a nemo poteſt
videre faciē dn̄i et viuere. i. nemo pōt eum ī
hac vita viuēs videre ſicuti eſt. Nam multi
viderūt. ſꝫ q̊d volūtas elegit nō q̊d natura
formauit. Si q̄ris q̄uo eū vidit vel Cayn
ſceleratꝰ q̄n d̄ ſuo ſcelere ab illo iterrogatꝰ
⁊ iudicatꝰ ē? l' etiā ipſe dyabolꝰ q̄n veit cū an
gelis vt corā illo aſſiſteret? ſi beati mūdicor
des. q. i. d. v. Rn̄deo. nūquā eſſe ꝯſequēs vt
etiā videāt deū q̄ voces ab eo factas aliq̄n
audiūt. Neq̄ enī viderūt eū q̄ audierūt q̄n
dixit ad filiū. et clarificaui et iterū clarifica-
bo. Uerūtn̄ nō eſſe mirandū ſi aliquādo
nō mūdicordeſ etiā videāt deū ī ſpecie quā
volūtas eiꝰ fecerit. latente inuiſibili ⁊ apud
ſe incōmutabili manēte natura. Si queris
vtrū etiam ſicuti eſt aliquando poſſit vide-
ri? reſpōdeo filijs hoc eſſe promiſſum. de q̄-
bus dictum eſt. Scimus quia cum appa-
ruerit ſimiles ei erimus. quando videbimꝰ
eū ſicuti eſt. Nunc enī queritur q̄uo videa-
tur deus non ea ſpecie qua in iſto ſcl'o qui-
buſdam voluit apparere ſed q̄uo videatur
in illo regno vbi eum filij eiꝰ videbūt ſicuti
eſt? Tunc quippe ſatiabitur in bonis deſi-
deriorū eorū. Non enim indigni deum vide-
bunt de quibꝰ dictum eſt. Tollatur impiꝰ
ne videat claritatem dei. quibꝰ etiā dicetur
Ite in ignem eternum qui paratus eſt dya
bolo et angelis eius. Promiſit aūt deꝰ
ſe oſtenſurum dilectoribus ſuis cum patre
vnū deū. nō q̄uo in hoc ſeculo in corp̄e viſꝰ
eſt a bonis et a malis. et in iudicio etiam fu
turo quo ſic vēturus eſt q̄uo viſus eſt iens
in celum. hoc eſt in eadem forma filij homi
nis eandem formam videbunt quibus di-
cturus eſt. Eſuriui ⁊ non dediſtis mihi mā
ducare. q̄a ⁊ iudei videbunt in quem pupu
gerunt. non illam dei formam in qua nō ar
bitratus eſt rapinā eſſe equalem deo. in illa
die tunc videbunt ſicuti eſt. Nec ideo vide-
bunt. quia pauperes ſpū in hac vita fuerūt
quia mites. quia lugentes. ⁊c. ſed quia mū-
do ſunt corde. quoniam mūdo corde vide-
bitur q̄ nec in loco videẗ. nec oculis corpo-
ralibꝰ videẗ. nec conſcribiẗ viſu. nec tactu te-
netur. nec auditur affatu. nec ſentitur inceſ-
ſu.

Quid diſtet inter videre et crede
re. Capitulum. XII.

## Nter uidere et crede-

re hoc diſtare dicimus. q̄a p̄ſentia videtur.
creduntur abſentia. Plane forſan ſatis eſt
ſi p̄ſentia illa hoc loco intelligamus dicta
que preſto ſūt ſenſibꝰ ſiue animi ſiue corpo
ris. vnde etiā ducto vocabulo p̄ſentia no-
minātur. Sicut enim hanc lucem corporiſ
ſenſu. ſic et meam voluntatem plane video
q̄ preſto eſt animi mei ſenſibꝰ atq̄ intꝰ mihi
preſens eſt. Si q̊s vero mihi indicet volun
tatem ſuam cuiusdam et vox mihi p̄ſens eſt

tñ q2 ipſa volũtas qua mihi indicat latet ſen
ſum corpis et animi mei credo non video.
Aut ſi mentiri eum exiſtimo non credo. et
ſi forte vt dicit ita ſit. Creduntur ergo illa q̄
abſũt ſenſib⁹ noſtris ſi videt̃ idoneũ q̊d ei⁹
teſtimoniũ phibetur. Nec q2 dixi ea credi q̄
abſunt a ſenſibus noſtris ſic accipiãtur. vt
inter illa deputent̃ que aliquando vidim⁹.
et nos vidiſſe retinem⁹. certiq3 ſumus quã
uis non tunc preſto ſint cum recolunt̃ a no
bis. Neq3 eni inter credita ſed inter viſa de
putantur. et ideo nota ſunt. non quia fidez
habuim⁹ alijs teſtib⁹. ſed quia nos vidiſſe
ſine dubio recordamur et ſcim⁹. Cõſtat igi
tur ſcientia noſtra ex viſis rebus et creditis
ſed in his que vidimus et videmus noſipſi
teſtes ſumus. In his autem que credimus
alijs teſtib⁹ mouemur ad fidem cũ earum
rerũ quas nec vidiſſe nos recolimus nec vi
dim⁹. dant̃ ſigna vel in vocib⁹ vel in lrīs l'i
quibuſcunq3 documentis q̄bus viſis non
viſa credantur. Non autez immerito ſcire
nos dicim⁹ ñ ſolũ ea q̄ vidim⁹ aut videm⁹.
verũ etiam illa que ydoneis ad quãcunq3
rem cõmoti teſtimonijs vel teſtibus credi
mus. Porro ſic ſcire nõ incõgruenter dici
mus etiã illud q̊d certiſſimũ credim⁹. Hinc
factum eſt vt etiã recte credita et ſi nõ aſſint
ſenſibus noſtris videre mẽte dicamur. Cũ
itaq3 dicit̃ homini crede chriſtũ reſurrexiſſe
a mortuis ſi credit. attende quid videat. at
tende quid credat. ⁊ vtrũq3 diſcerne. Videt
hominem cuius audit vocem. et ipſa vox in
viſis corporalibus deputatur ſcḋm ea que ſu
pra diximus. Hec duo ſunt teſtior⁊ teſtimo
nium. quorum ad oculos vnum. alterũ ad
aureſ pertinet. ſed hunc teſtem fortaſſe alio
rum teſtimoniorum auctoritate cõfirmat
diuinarum ſcilicet ſcpturarum vel quorũ
libet aliorum quibus eſt motus ad fidem.
ſcripture ad viſa pertinent corporis oculo
rum ſi eas legit. vel aurium ſi audiuit. Q̊d
igitur non ſic oſtendero. vt aut corpis aut
animi ſenſu viſum perceptumq3 teneatur.
et tamen dixero aliquid quod aut verum
quidem aut falſum eſſe neceſſe ſit. ſed nullo
rum duor2 genere videatur. reſtat vt tantũ
modo credatur vl' non credatur. Sed ſi di
uinarũ ſcpturarũ ear2 ſc3 q̄ canonice in ec-
cleſia nominantur perſpicua firmatur au-
ctoritate ſine vlla dubitatõne credendũ eſt.
Alijs vero teſtibus vel teſtimonijs quib⁹
aliquid credendum eſſe ſuadetur tibi crede
re vel non credere liceat. quantu3 me ea ad-
monenti ad faciendaz fidem vel habere vl'
non habere ppenderis. Si eni ea que non
vidimus hoc eſt in preſenti apparentia non
ſenſimus vel mente vel corpore neq3 ꝺ ſcri
pturis ſanctis vel legendo vel audiendo di
dicimus. nulla omino credidiſſemus. vnde
ſcirem⁹ eſſe ciuitates vbi nunq̄3 fuim⁹ vel a
romulo conditam romam. vel vt de pro-
pioribus loquar conſtantinopolim a con-
ſtantino ? vnde poſtremo ſcirem⁹ qui nã
parentes nos procreaſſent quibus patrib⁹
auis maioribus geniti eſſemus. Talium
quippe cũ plurima ſciamus non tamen ea
vel vllo ſenſu preſentia ſicut ſolem. ſicut no
ſtri animi voluntatẽ vel canonicorum elo-
quiorum auctoritatem ſicut adam fuiſſe p-
mum hominem aut chriſtũ in carne natũ
paſſumq3 et reſurrexiſſe didicim⁹. ſed alijs
referentibus de quorum teſtimonio in hoc
dumtaxat rerũ genere minime dubitandũ
eſſe putauimus. ſatis vt puto iſta mea pro
locutione recognouiſti quid ſit videre vel
mente vel ſpiritu vel corpe. et quid ab eis di
ſtet credere. Quod quidem fit mente et vi-
detur mente. quoniam menti noſtre fides
perſpicua eſt. Sed tamen quod eadez fide
creditur abeſt et ab aſpectu corpis noſtri.
ſicut abeſt corpus in quo chriſtus reſurre-
xit. et ab aſpectu alterius mentis ſicut abeſt
ab aſpectu mentis noſtre fides tua. q̄3uis
eam eſſe in te credam cũ eam nõ videã cor-
pore quod nec tu potes. nec mẽte q̊d tu po
tes. ſicut ego meam q̊d tu non potes.

De viſione corporali et ſpiritua li in futuro. Capitulum. XIII.

v uruz eſt dicere q
ſancti corporalia tunc habebunt
vt nõ poſſint oculos claude atq3
aperire cũ velint. Duri⁹ aũt q ibi deũ quiſ
quis oculos clauſerit nõ videbit. Si eni p-
pheta Heliſe⁹ puerũ ſuũ Jezi abſens corpe
vidit accipientẽ munera que dedit ei Naa
man ſyrus quez ppheta memorat⁹ a lepre
deformitate mundauerat q̊d ſeruus neq̄3
dño ſuo non vidente latenter ſe feciſſe puta
uerat. quãto magis in illo corpore ſpiritua
li videbunt ſancti omnia non ſolum ſi ocu-
los claudant. verum etiam vnde ſunt ab-
ſentes corpore.

Si volubiles erũt illic cogitatio- nes noſtre. Capitulum. XIIII.

p Roinde uerbum
q̊d ſonat foris ſignũ eſt verbi q̊d
intus lucet. cui magis vbi cõpe-
tit nomẽ. Nam illud q̊d pfertur carnis ore
vox verbi eſt. verbũq3 ipm ꝺr ppter illud a
quo vt foris appareret aſſũptũ ẽ. Idẽ in eo-
dem paulopoſt. Quapter ita ꝺr illud dei
verbũ vt dei cogitatio non dicat̃. nec aliq̊d
eẽ quaſi volubile credat̃ in deo q̊d nunc ac
cipiat nũc recipiat formã vt verbũ ſit. eam
ve poſſit amittere atq3 informit̃ quodãmo-
do volutari. Et paulopoſt. Dicũt quidem
etiã in ſcpturis ſanctis cogitatões dei. ſ3 eo
locutionis mõ q̊ ibi et obliuio dei ꝺr. q̄ vti-
q3 ad ppetatẽ in ꝺo nulla eſt. Et paulopoſt
Et tũc quidẽ ſc3 in eterna vita verbũ noſtr2
nõ erit falſũ. q̄a neq3 mentiemur neq3 falle-
mur. Fortaſſis etiam non erunt volubiles
noſtre cogitationes ab alijs in alia euntes
atq3 redeũtes. ſed omnem ſcientiam vno ſi-
mul ꝯſpectu videbim⁹. Tñ cũ et ꝭ fuerit ſi
et ꝭ fuerit formata erit creatura q̄ formabi-
lis fuit vt nihil iam deſit e⁹ forme ad quam
puenire deberet. Sed tñ coequanda nõ erit
illi ſimplicitati vbi ñ formabile aliquid for-
matũ vel reformatũ eſt. ſed forma neq3 ifor-
mis neq3 formata ipſa ibi eſt eterna imuta-
bilisq3 ſubſtantia.

Qualis et quanta erit felicitas ⁊ beatitudo futura. Cap. XV.

q uanta erit felici-
tas vbi nullũ erit malũ. nullum
latebit bonu3. vacabit̃ dei laudib⁹ q̄ erit ibi
omnia in omnib⁹. Idem in eodẽ. Certe vbi
volet ſpũs. ibi erit ptin⁹ corp⁹. nec volet ali-
q̊d ſpũs q̊d nec ſpũm poſſit decere nec cor-
pus. Vera ibi glĩa erit vbi laudãtis nec er-
rore q̄ſq̄3 nec adulatõne laudabit̃. Ver⁹ ho
nor q̄ nulli negabit̃ digno. nulli defert̃ indi-
gno. ſed nec ad eũ ambiet vllus vbi nullus
pmittet̃ eſſe niſi dign⁹. Vera pax vbi nihil
aduerſi nec a ſeipſo nec ab aliq̊ q̄ſq̄3 patiet̃.
pmiũ vtutis erit ipſe q̄ vtutem dedit. eiq3 ſe
ipm q̊ meli⁹ ⁊ maius nihil poſſit eſſe pmiſit
Quid enim eſt aliud q̊d ppheta dixit. Ero
illor2 de⁹. et ipſi erũt mihi pplus. niſi ego ero
vnde ſatientur. ego ero quecunq3 honeſte
ab omnibus deſiderantur. et vita et ſalus.
victus et copia. gloria ⁊ honor. pax ⁊ omĩa
bona. Sic eniz et illud recte intelligit̃ quod
ait apoſtolus. Ut ſit deus omnia in omni-
bus. Ipſe enim erit finis deſiderior2 noſtro-
rũ qui ſine fine videbitur. ſine faſtidio ama
bitur. ſine fatigatione laudabit̃. hoc mun⁹
hic effectus. hic actus profecto erit omibuſ
ſicut ipſa vita eterna cõmunis. Ceterũ qui
futuri ſunt pro meritis premior2 etiam gra
dus honorum atq3 gloriarũ q̄s eſt idone⁹
cogitare quanto minus dicere ? Q3 tamẽ
futuri ſũt nõ eſt ambigendu3 atq3 ita etia3
beata illa ciuitas magnũ in ſe donu3 vide-
bit q̊d nulli ſupiori null⁹ inferior inuidebit
ſic nũc nõ inuidẽt archangelis angeli cete-
ri. Tam nolet eſſe vnuſquiſq3 quod non ac
cepit q̄3uis ſit pacatiſſimo vinculo concor
die ei qui accepit obſtrict⁹ q̄3 nec in corpo-
re vult oculus eſſe qui eſt digitus. cũ mem
brum vtrũq3 contineat totius partis paca
ta compago. ſic itaq3 habebit donu3 alius
alio minus. vt hoc q̄3 donũ habeat ne velit
amplius.

In tribus conſtare beatitudinez veram. Capitulum. XVI.

i Bi eſſe noſtrũ nõ
habebit mortem. ibi noſſe noſtrũ
non habebit errorez. ibi amare no
ſtrũ nõ habebit offenſionem.

Q, ſanctis in futuro non ad do-
lorem ſed ad gaudium ꝓficiat prete
ritoꝝ memoria. Capitulū. XVII

Rit ergo illius ci
e uitatis ⁊ vna in oībꝰ ⁊ non ſepara
bilis in ſingulis volūtas libera et
ab oī malo liberata. ⁊ impleta oī bono. fru-
ens indeſinēter eternoꝝ iocūditate gaudio
rū. oblita culpaꝝ. oblita penarū. tñ nec ideo
ſue oblita liberatōis vt liberatori ſuo nō ſit
grata. Quātum ergo attinet ad ſcientiā ra
tionalē memor erit ꝑteritoꝝ etiā malorum
ſuoꝝ. Quantū āt ad experientis ſenſū ime-
mor. Nam et peritiſſimꝰ medicꝰ ſic arte ſci-
untur oēs morbos corꝑis nouit. Sicut āt
corpore ſentiūt plurimos neſcit q̃s ipe non
paſſus eſt. Ut ergo ſcientie maloꝝ due ſūt.
Una qua potentiā mētis nō latent. Altera
qua experiētis ſenſibꝰ inherent. Aliter q̃ꝑpe
ſciunt oīa vicia ꝑ ſapientie doctrinā. aliter
ꝑ inſipientis peſſimā vitā. ita et obliuiones
maloꝝ due ſūt. Aliter nāqȝ ea obliuiſcitur
eruditus ⁊ doctꝰ, aliter expertꝰ ⁊ paſſꝰ. Ille
ſi peritiam negligat. iſte ſi miſeria careat.
Scdm hanc obliuionē quā poſteriori lo-
co poſui nō erūt memores ſancti ꝑteritorū
maloꝝ. Carebūt eī malis omnibꝰ ita vt pe-
nitus deleat̄ ab eoꝝ ſenſibꝰ. ⁊ tñ potētia ſciē
tie que magna in eis erit non ſolum ſua pre
terita ſed etiaȝ damnatorū eos ſempiterna
miſeria non latebit. Ibi vacabimꝰ et vide-
bimus. videbimꝰ et amabimus. amabimꝰ
et laudabimus. Ecce quid erit in fine ſine
fine.

Explicīūt ſententie libri ſecundi ma
giſtri Hugonis de ſancto Victore
de incarnatione verbi. et impletōne
et exhibitione gratie dei. et de ſacra-
mentis noui teſtamēti vſqȝ ad finē
⁊ cōſūmatōem omniū feliciter. Im-
preſſi ſunt iſti duo libri Argentine.
Anno dñi. M.cccc.lxxxv. Finiti in
die ſctōꝝ martiꝝ Abdon ⁊ Sennes